ubl. G. 443b - 2 Mader

<36629307710014 S

<36629307710014

Bayer. Staatsbibliothek

OTHEC
GIA
NACENSIS

JOANNIS MADERI,

JCti,

SELECTA EQUESTRIA

SIVE

OPUSCULA, JURA ET STATUM NOBILITATIS IMPERII IMMEDIATÆ IN SUEVIA, FRANCONIA ET AD RHENUM ILLUSTRANTIA,

EDITA ET INEDITA,

CUM

ANIMADVERSIONIBUS EDITORIS.

Tomus II.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,

1775.

296 - g.

excepere, tanto juſtius hunc à me efflagitare videbantur.

Tales quoque in hoc libello contineri credo materias, quæ & meo inſtituto, & deſideriis Lectorum omnino reſpondeant. Animadverſiónes meas, prout à quibusdam deſideratum eſt, ſingulis paragraphis continuo aſſui. Neque in póſterum mihi deerunt materiæ, quæ huc ſpectant, cum complures Fautores iique doctiſſimi Viri, qui Splendidiſſimo huic Corpori ſunt à Conſiliis, viam mihi parant quam expeditiſſimam; quorum quidem & in poſterum tam eximia, quam ſummopere amo & veneror,

neror, voluntate & liberalite nunquam destitutum me fore & spero & opto. Dissimilimus mei essem, nisi tam insignem benevolentiam palam deprædicarem, iisque Fautoribus & Amicis, quantas maximas possum, agerem gratias.

Quodsi alii docti Viri, qui meos hosce labores diligunt, & in quorum scriniis fortasse Commentationes, Responsa & Consilia, quæ ad rem propositam proxime accedunt, posita sunt, mihi suppeditare ea voluerint, sibi velim persuadeant, me illa vel cum vel, si maluerint, sine nomine Auctoris Tomis meis esse inserturum.

I.

Immanuelis WEBERI, J. U. D. Sacri Cæſarei Palatii Comitis, Sereniſſimi Landgravii Haſſo-Darmſtadini Conſiliarii, Jur. atque Hiſtor. Profeſſor. Publ. Ordin. Exercitatio de Retractu Nobilibus Imperii Immediatis per Privilegia Cæſarea conceſſo. Gieſſæ, MDCCXIX. 4.

PRÆFATIO.

Dudum hæſitavi in eligenda & pertractanda Diſſertationis inauguralis materia, dum vitam, ſtudiaque Academica, impetratione *Honorum Doctoralium*, finiturus, *pro Licentia* eorum accipiendorum publice diſputare, examinibusque conſuetis me ſubiicere, mecum conſtitui. Eſt enim

tantus ubique Disputationum Academicarum cumulus, ut vix ac ne vix quidem thema aliquod juridicum, judiciis vel rei literariæ utile atque proficuum, invenire liceat, quod non fuse, uberrime, solidissimeque ab aliis jam elaboratum existat. Tandem tamen *Privilegia Cæsarea*, *Nobilibus Immediatis in causa Retractus*, a diversis Imperatoribus, diverso tempore clementissime *concessa*, *extensa & confirmata* de hoc argumento non nihil meditandi occasionem mihi dederunt. Equidem haut diffiteor, Juris hujus Retractus Privilegiati materiam specialem & integrum Tractatum potius quam nudam Dissertationem exigere; Enim vero tempus, vires, & alia si respicio, tale quid aggredi in præsens impossibile mihi visum fuit. Hinc ulteriorem & ampliorem hujus argumenti tractationem atque dubiorum resolutionem imposterum reservare satius duxi. Id solum a TE, BENEVOLE LECTOR, peto, si quid, contra mentem atque intentionem, minus accurate irrepserit, mihi ut ignoscas. Interea vale, mihique fave, &, si lubet, tenuibus hisce conatibus tantisper applaude.

CON-

CONSPECTUS.

§. I. Exhibet Intentionem Auctoris in conscribenda Dissertatione, & enumerat Scriptores de Jure Retractus, tam in genere quam in specie.

II. Proponit Fundamentum Retractus Nobil. Immed. Privilegia nempe Cæsarea, pœna 60. marcarum auri puri vallata.

III. Disquirit, an Privilegia Cæsar. adhuc in viridi sint usu? & affirmatur contra Besoldum.

IV. Causæ Impulsivæ sunt benemerita Nobil. Immed. & finalis eorum conservatio.

V. Definitio Juris Retractus Equestris.

VI. Subjectum Activum, quibus competit hoc Jus, sunt Agnati venditoris, dein singula membra Nobil. & denique Corpus seu totum Collegium.

VII. Corpori Equestri, ut tali, Nobil. Francon. Rhenensis & Wetteraviensis ex Privilegio Cæsar. jus retrahendi quoque competit.

VIII. Plures si concurrunt Agnati, proximiores remotiores excludunt; ubi plures ejusdem gradus, in re dividua pro rata admittendi, in individua præventioni locus conceditur.

IX. Retrahenti non sufficit, ut sit Nobilis, sed necessarium est, ut Ordini Equestri, ubi bona sita, etiam incorporatus sit.

X. Nobiles Immed. eo solum in loco, ubi immatriculati, hoc jus Retractus Privilegiatum exercere possunt.

XI. Subjectum Passivum constituunt omnes, qui non sunt in gremio & Matricula Nobilium Immediat.

XII. Objectum sunt bona Equestria, Corpori Nobilium incorporata, ad cassam Equestrem contribuentia.

XIII. Sive sint bona avita, paterna gentilitia, sive patrimonialia & hæreditaria, seu jura & res incorporales sive Emphyteutica & certo respectu feudalia.

XIV. Cum seqq. agit de Requisitis ad jus Retractus valide exercendum necessariis, & quidem de alienatione extra Consortium, sub qua autem non solum emtio venditio, sed etiam permutatio,

XV. Oppignoratio, Jus Antichreticum. datio in solutum, divisio, datio in dotem, litis æstimatio, continetur, & subintelligitur.

XVI. Porro requiritur alienatio ipso jure valida, ut denunciatio venditionis Directorio, ubi bona sita, & Agnatis prius fiat.

XVII. Intra statutum tempus in privilegiis Cæsar. expressum Jus Retr. exerceatur, quod olim erat annus & dies, hodie vero triennium a die denunciationis Directorio factæ.

XVIII. Deinde integrum pretium rei, cum omnibus impensis licitis, actualiter offerendum vel rite & legitime deponendum est. Simulati contractus excluduntur. Ad pretium augendum non attenduntur promissiones gratuitæ. Lis si oritur, ratione expensarum & meliorationum, tunc Directorium rei sitæ, adhibitis juratis taxatoribus, has

taxat & moderatur, neque ratione harum, neque ratione rerum permutatarum, Jus Retentionis Emtores exercere poſſunt, ſed omnia via Juris discutienda & Agnati in quieta poſſeſſione conſtituendi & relinquendi.

XIX. Effectus hujus Privileg. Juris Retr. eſt, ut bona extra Conſortium alienata Retrahentibus reſtituantur, dominium in eos transferatur, & Condictio ex Privilegio acquiratur.

XX. Extraneo, & gremio Nobil. Immed. haud adſcripto, hoc Jus retractus cedi nequit.

XXI. Contraria ſunt 1) Lapſus temporis. 2) Si depoſitam pecuniam deponens ſponte receperit, cum recipiendo contractum approbet. 3) Si in depoſitione pecuniæ neceſſaria Juris requiſita neglecta.

XXII. Similiter 4) non uſus uſum excludit, non vero Mors retrahentis, neque Statutum contrarium, Jus, Ordinatio, Conſuetudo & Executio &c.

§. I.

Acturo *de Retractu, Nobilibus Imperii Immediatis competente*, animus non eſt, recoquendi & in ſcenam denuo producendi, *Generalia de Retractu*, ejusque ſpeciebus, ne actum agere videar, cum TIRAQUELL. REINKING. SUTORIUS, aliique a Dom. FROMMAN. *de Jure Retract. Würtemberg.*

c. 1. th. 2. allegati, quibus addi poſſunt STRUV. *Exerc. 23. ſ. 47. usque ad ſ. 66.* ibique MULLERUS, RHETIUS, *Diſp. de Jure congrui & de Jure Retractus gentilitii* D. STRYK. *in uſu ff. modern. ſ. 16. usque ad 24. ad Tit. ff. de contrah. Emt. & vend.* D. HARPRECHT. *Conſ. 36. 37. 38. ſqq. & Reſp. 88.* Diſp. Inaug. Gieſſ. A. 1712. *de Prælatione in rebus alienatis ex Jure Retractus*, late de his jam egerunt, ſed potius, quantum fieri poteſt, nonniſi naturam & indolem hujus Retractus ſingularis, ubique brevitati ſtudens, evictam dabo. Proinde *Benevolus Lector*, me quoque excuſatum habebit, quod explicationem rubri, & ibi occurrentium vocabulorum, contra morem hactenus receptum, omittam, cum inſcriptio per ſe ſatis clara, & vocabula ibi poſita, intellectu facilia, & paſſim explicata ſint. Neque a propoſito ſcribendi hanc Diſſertationem me deterret PHILIPP. KNIPSCHILD, *Tract. Polit. Hiſtor. Jurid. de Juribus & Privil. Nobilit. & Ordinat. Equeſtr. S. R. I. Liber. & Immediat. Lib. 3. cap. 9.* cum ibidem Retractum, ejusque ſpecies in genere magis ob oculos ſiſtat, quam ſpecialem hunc

Retra-

Retractum Nobilium justo pertractet ordine, hincque vestigia ejus ego omnia neque possim neque velim legere.

§. II.

Fundamentum hujus, de quo acturus sum, Retractus Nobilibus Imperii Immediatis competentis, *Privilegia præbent Cæsarea, pæna 60. marcarum auri puri vallata*, & in judiciis supremis insinuata. ERTEL, *Obs. Equestr. pag. 552.* Vid. JOH. CONRAD. KREIDEMANN, von der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben, *Quæst. 4. n. 119. cum seqq.* MAURITIUS Disp. *de Nob. Germ. §. 53.* LUNIG. *Archiv. Imper. Part. spec. Cont.* III. *in 1.* Absaz *N. XXX. p. 82. in 2.* Absaz *N.* XIII. *p. 50. in 3.* Absaz *N.* XIII. *& LXII. p. 20. & 70.* D. BURGMEISTER, *Cod. Dipl. p. 326. Ordinatio Equestr. Alsat. A. 1713.* in fol. typis impressa, *p. 47.* Et quidem NOBILITAS IMMEDIATA FRANCONICA deducit hoc jus ex *Privilegio Imperat. Rudolph* II. de dato Prag. d. 11. Maji, Anno 1609. quod postea confirmatum ab *Imperat. Ferdinand.* II. Anno 1626. d. 17. Mart. extensum ab *Imperat. Ferdi-*

nand. III. d. 12. Jun. 1652. & adhuc pinguius ab *Imperat. Leopoldo* affectum, A. 1688. d. 21. Jul. ac novissime, Anno 1718. d. 24. Jan. ab *August. modern. Imperatore CAROLO* VI. denuo confirmatum, quæ ultima Cæsarea confirmatio typis quidem nondum impressa, proxime tamen exspectanda. Fundata se uti quoque in des Heil. Röm. Reichs ohnmittelbahrer Freyer Ritterschafft der Sechs Orth in Francken erneuerten, vermehrten, und confirmirten Raths-Sazung und Ordnungen *P. I. Tit. 15.* hæcque Ordinatio a *Ferdin.* III. Anno 1652. d. 28. Aug. confirmata: prout hæc privilegia, in forma extensa, legi possunt apud. JOH. CHRISTIAN. LUNIGIUM, Teutschen Reichs-Archiv, *Part. special. Contin.* III. *in* 2. Absaz, von der Freyen Reichs-Ritterschafft in Francken, No. VI. XIII. XX. XXXIV. & XCIV. *p. 15. cum seqq.* 23. 50. 59. 89. & 183. &c. &c. & in *Ordinat.* Nobil. Franc. ibique adjecto Privil. Vto. conf. LIMN. *Jure Public. L. 6. c. 3. n. 53.* KNIPSCHILD. *de Nobil. Lib. 3. c. 7. n. 5. p. 39. NOBILITAS autem Immediata SUEVICA*, adducit *art. 30. Ordin. Nobil. Suevic. Munderkingæ A. 1560.*

conditæ

conditæ d. 7. Aug. & Anno 1561. ult. Jun. ab *Imperat. Ferdin.* I. *&* *Maximil.* II. d. 16. April. Anno 1566. confirmatæ, ubi prohibetur bonorum equeſtrium alienatio ad extraneos: & apertius hic Retractus in Conventu *Correſpondentium Circulorum* Eslingæ d. 3. Maji 1590. nec non Spiræ d. 4. Maji 1609. item Heilbrunnæ, Anno eodem d. 6. Sept. ſtabilitus & confirmatus eſt, KNIPSCHILD, *de Nobil. Imp. Immed. L. 3. c. 9. n. 16. & 17. p. 103.* Vid. D. J. ST. BURGM. *Cod. Dipl. p. 208. 646.* Hinc jam A. 1623. d. 6. Mart. Commiſſio Cæſarea contra Prælatum Zuifalt. decrevit, *ut locum daret Retractui, & emtum Pagum*, Kirchheim, an der Donau, *a Dno. Joh. Samuel de Reinkingen, Nobilitati liberæ reſtituat.* KNIPSCHILD, *l. c. L. 3. c. 9. n. 2. pag. 101.* ubi *num. 19.* ſimile Cæſareum Reſcriptum de Anno 1623. d. 17. Mart. contra Electorem Palatinum adducit. Deinde *in ſpeciali Privilegio*, *ab Imperat. Ferdin.* II. de Anno 1624. d. 22. Sept. hoc Jus Retractus Nobilibus Imperii immediatis conceſſum, & a *Ferdin.* III. Anno 1652. d. 25. Maji, ab *Imperat. Leopold.* Anno 1688. d. 21. Jul. ulterius declaratum

& extensum : quorum Privilegiorum tenor legi potest apud D. BURGMEISTERUM, *Cod. Dipl. pag. 326. usque ad pag. 336.* LUNIGIUM Teutschen Reichs-Archiv, ersten Absaz, von der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben No. VII. XXX. XL. XLIII. LXIV. *pag. 34. seqq. pag. 45. 82. 94. 98. 102. 103. 128. seq.* & denuo repetitum in der projectirten Neuen Ritter-Ordnung de Ao. 1653. *art. 21.* BURGMEIST. *dict. Tr. p. 225.* Porro NOBILITAS IMMEDIATA RHENANA & WETTERAVICA ex Privilegio Cæsareo *Rudolph.* II. Pragæ de Anno 1605. d. 9. Jul. dato; ab *Imperat. Leopoldo*, Anno 1666. d. 31. Oct. declarato & extenso, hoc jus Retractus deducit. LIMN. *Jure Publ. L. 6. c. 3. n. 62.* KNIPSCHILD *de Nobil. L. 3. c. 7. n. 6. p. 39.* Dn. BURGM. *Cod. Diplom. pag. 645.* Ord. Equest. Rhenens. & Wetteraviens. *in Privileg.* sub N. VI. ibidem adjecto; LÜNIG. Reichs-Archiv, im dritten Absaz, von der Freyen Reichs-Ritterschafft am Rhein-Strohm und Wetterau N. XIII. & XXXI. p. 19. 20. 55. seqq. ubi N. XLII. p. 69. &c. insuper Privilegium Rudolphianum d. 11. Maji A. 1609. datum, & a Ferdinand. II. Ann.

1626.

1626. d. 17. Mart. a Ferdin. III. A. 1652. d. 12. Jun. & ab Imper. Leopold. Ann. 1702. d. 17. Jul. confirmatum & extensum, huc refertur, illudque in der des H. R. Reichs ohnmittelbahr Freyer Ritterschafft am Rhein-Strohm in der Wetterau und zugehörigen Orten, von Ihro Röm. Kayserl. Mäjest. Leopoldo A. 1662. den 5. April erneuerten und confirmirten Raths-Sazung- und Ordnungen, de Anno 1652. *P. 1. tit. 14.* de novo sancitum extat.

Tandem NOBILITAS IMMEDIATA ALSATIÆ, in *Privilegio Imperat. Matthiæ*, de dato Lintz Anno 1614. d. 10. Febr. ab *Imperat. Ferdin.* II. Anno 1626. confirmato, & extenso ab *Imper. Ferdin.* III. Anno 1652. d. 25. Maji, nec non in ihrer Adelicher Ritter-Ordnung de Anno 1651. d. 27. Oct. quæ a *Ferdin.* III. d. 10. Jun. An. 1652. confirmata, hoc jus Retractus quod attinet, fundata est. Vid. LÜNIG. Reichs-Archiv, *Part. Spec. Contin.* I. *pag.* 46. unter Elsaß, & *Contin.* III. im vierdten Absaz, von der Freyen Reichs-Ritterschafft im Untern-Elsaß. *N. VIII. & XI. pag. 6. & 14. Ordin. Equest. Alsat. in fol.* de Anno 1713. *pag.* 41. *cum seqq.*

§. III.

§. III.

An autem hæc privilegia in viridi adhuc ſint uſu & obſervantia? exinde dubitari poſſit, quod non deſint exempla, ubi plura bona equeſtria, poſt impetrata hæc privilegia Cæſarea, non obſervatis hisce præſcriptis requiſitis, ſint alienata, prout etiam conqueritur JOH. CONRAD KREIDEMANN, in Tr. von der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben *in Quæſt. 4. n. 128.* imo BESOLDUS, *Conſilio* 227. hoc Jus retractus, Nobilibus Immediatis competens, impugnavit. Enim vero Beſoldo late ſatisfecit KNIPSCHILDUS, *de Nobilit. Immed. L. 3. cap. 9. a num. 3. usque ad n. 30. fol. 101. usque 107.* Et privilegia Cæſarea, poſt editum Conſilium Beſoldi, impetrata litem hanc penitus ſuſtulerunt; quoad prius vero non ſpectandum, quid Romæ de facto, & per abuſum fiat, ſed quid fieri debeat; ſufficit, quod quam plurima vetera & noviora proſtent exempla exerciti hujus Retractus, & quod ab omnibus Imperatoribus Privilegia Equeſtria confirmata ſint: Vid. *Capit. Cæſar. noviſſima CAROLI VI. artic. 1. 3.* Imo plura neceſſaria ſunt, ut privilegia per non

uſum

ſum voluntarium amittantur. KNIPSCHILD, *de Nobilit. Imper. Immediat. Lib. 1. c. 14. num. 82. ſeqq.* D. STRYK. *Diſp. de non uſu jur. quæſiti cap. 2.* DN. A LYNCKER, *Dec. 24. & 979.* DN. SCHOEPFF. *Diſp. de Servit. præſcript. extinctiva c. 2. ſ. 1. & c. 3.* idcirco nullus dubito, quin, ſalva juſtitia, non aliter ac pro uſu & praxi hujus juris Retractus, judicandum ſit, & ita quoque judicetur, teſtante experientia. Ac licet ulterius me non lateat, quod *Decanus & Capitulum Ellvacenſe*, hoc jus Retractus, ratione Unterwaldtſtätten, contra Reſcripta Cæſarea impugnare, & propterea ad Comitia recurrere voluerint, uti Anno 1703. factitatum, & Concluſa Electorum, d. 26. Maji, Principum, die 12. April. & trium Collegiorum d. 4. Jun. 1704. ob prætenſum commune Intereſſe reliquorum Statuum Imperii, impetrata fuerunt, prout *Facti ſpeciem* Elluacenſem, juncta *informatione*, & *tria Concluſa* exhibet DN. BURGM. *Th. Eq. part. 2. p. 733. 927.* eo tendentia, ac ſi Privilegium Equeſtre, non tantum juri communi, ſed Legibus Imperii Fundamentalibus, obſervantiæ, & Libertati Statuum contra-

trarium, & propterea per Cæſarem ad Terminos Juris & æquitatis reducendum foret, demonſtratum tamen eſt in *Deductione & informatione Ordin. Equeſtr. Suevici* de Anno 1704. typis impreſſa apud BURGM. *Theſaur. Equeſtr. P. 2. pag. 745. usque 766.* quod Auguſtiſſimo Imperatori, facultas competat, privilegia per *Capitul. Joſephi art. 3. Carol. V. art. 1.* vid. D. D. SCHWEDER, *Jur. Publ. Part. ſpecial. Sect. 1. c. 10. n. 4.* atque Statuta equeſtria, & jus Retractus, immediato Ordini equeſtri, non tantum ad triennium, ſed plane in perpetuum, concedendi & extendendi; &, quod è contrario *Status Imperii*, ob Edictum, *quod quisque juris in alterum ſtatuerit*, hoc ipſum, contra Nobiles dudum in perpetuum, & absque Cæſarea confirmatione paſſim fere exercentes, nullo prætextu juris & æquitatis improbare poſſint, niſi Cæſarea Majeſtas, ratione Equeſtris Ordinis, ejusque bonorum equeſtrium, Imperatoriæ ſuperioritati & jurisdictioni immediate ſubjectorum, longe deterioris conditionis eſſe debeat, quam Status Imperii, ſicque, quod his in ſuis territoriis juſtum & æquum vel permiſſum, Cæſari &

Ordini

Ordini Equeſtri in ſuis diſtrictibus, & bonis Equeſtribus, in prorſus ſimili caſu, injuſtum & iniquum & hinc denegandum eſſe cenſeatur, referente DN. L. NAGELIO, *Not. ad ſuas theſ. Tubingæ ventilat. de Nexu Ordin. Equeſtr. Immed. in Suev. Franc. & Terr. Rhenenſ. th. XV. p. 16.*

§. IV.

CAUSÆ IMPULSIVÆ & FINIS in ipſis Privilegiis Cæſareis, *Franc.* & *Rhenenſ.* Anno 1609. *Suevico*, de Anno 1624. & *Alſatico*, de Anno 1614. variæ indicantur; potiſſimum vero, ex hac ratione Jus Retractus Nobilibus Immediatis conceſſum, & Privilegiis Cæſareis, propter merita & præſtita ſervitia militaria erga Turcas aliosque hoſtes, confirmatum eſt, quo bona equeſtria in contributione perſiſterent, & Familiæ Nobilium Immediatorum, ſicque ipſa Nobilitas in ſuo ſtatu & dignitate, ſalva & illæſa conſervarentur. Cum enim Nobiles Immediati animadverterent, bona ſua libera extraneis, extra ipſorum Conſortium, paſſim vendi, a Contributionibus ad Caſſam equeſtrem eximi, ipſorumque ſtatum & dig-

nita-

nitatem magis magisque imminui, ita, ut ad onera ferenda & ſubſidia charitativa ſeu dona gratuita ſolvenda, in poſterum impares fierent, ideo hiſce Conſtitutionibus obviam itum eſt, ne ſcilicet bona Equeſtria, a Cæſarea & Nobilium Contributione eximantur, & in alienas familias, extra Corpus transferentur, cum ſemper triſte & lugubre ſit, videre avitas & paternas domus, ac antiqua Majorum prædia, in extraneas manus tranſire *L. 22. C. de Adminiſt. Tutor. L. 28. ff. de Rei vind. L. 35. ff. de minor.* quo admiſſo tandem totum Corpus illuſtre ſucceſſive periturum eſſet, cum extranei, propter Exemtionem, bona carius emere poſſent, quam quilibet ex Corpore, cum cenſu ſuo non augerentur: Quibus rationibus in *Ordin. Equeſt. Suevic.* de Anno 1560. art. 30. & 1653. §. 21. *ejusque Privil.* de Anno 1624. Vid. D. BURGM. *Cod. Diplom. pag. 208. 226. & 327.* ut & *Ordin. Equeſtr. Alſat.* de Anno 1651. §. 22. illa addita, quia in multis Statuum ditionibus prohibitum Nobilibus Immediatis, ut Forenſibus, bona immobilia emere. MEVIUS, *ad Jus Lubec. L. 1. tit. 2. art. 5.* BESOLD. & Lindenſpuhr, *ad Ordin.*

Pro-

Provincial. Württenb. p. 81. &c. &c. GAIL. *L. 2. Obs. 19. n. 3.* PAUL. VOETIUS *de rerum mobil. & immobil. natur. c. 17. n. 6* Idque favore publico, & in publicam utilitatem ita constitutum est, ne cives exuti prædiis, impares sint oneribus ferendis, & numerus eorum, qui personalia munera subire coguntur, decrescat, sed bona potius inter subditos conserventur, & facilior exactio tributorum sit. Hinc quoque dum multis in regionibus & Civitatibus Nobiles Immediati non facile in Civitates recipiuntur. BESOLD. *ad Ord. Provinc. Wurttenb. p. 11. & de Ordin. Equestr. n. 5.* KNIPSCHILD, *de Civitat. Imper. L. 2. c. 29. n. 37. & 38.* Ideo Nobiles Immediati, jure Retorsionis & Edicto, *quod quisque Juris in alterum*, uti voluerunt, & prohibuerunt, ne Extraneis, & Matriculæ Equestri non adscriptis bona equestria incorporata vendantur, & sic libera commercia ex utraque parte non amplius relicta. KREIDENMANN. *Quæst. 4. n. 1-9.* Legi merentur ad majorem de claratione verba *Privilegii Suevici*, de Anno 1624. So wären sie noch in deme noch immer beschwerdt, daß durch Kauffs-Mittel, ein ansehn

lich Guth, nach dem andern, aus ihrem Ritterschafftlichen Consortio entwendet, und auf höhere, mittlere, auch niedere Stände transferiret werde, wodurch ihrem Ritterschafftlichen Corpori, der rechte Nervus entzogen, worauf sonsten ihre Conservation und Aufnehmen haffte und bestehen thäte, immassen dann die Güter, so bey Manns-Gedencken aus der Ritterschafft Gemeinschafft verkaufft worden, etlich Million Goldes werth wären, deren Reversion nicht allein nimmermehr zu hoffen, sondern auch diese Beschwerlichkeit, daß ihnen die Mittel gänzlich abgeschnitten, solchen Abgang, durch Herbeykauffung anderwärtiger Güter, zu ersezen, weil allenthalben durch ernstliche Statuten von Fürsten, Stänð und Stätten verbotten, denen Adelsgenossen keine Güter käufflich zukommen zu lassen, vorab dann endlich, wenn deme nicht remedirt, das Ritterliche Wesen ganz zu Grund gehen müste, weil es um das erlößte Geld ein vergänglich Ding, und gemeiniglich dem Verkäuffer unter den Händen zu verschwinden pflegte ꝛc.

§. V.

Hisce generalibus præmissis DESCRIBI potest Jus Retractus Equestris, quod sit *facul-*

facultas & poteſtas, bona immobilia matriculæ equeſtri ſemel adſcripta, in extraneum, & extra Corpus Equeſtre, alienata, ab eodem intra tempus, regulariter triennii, eidem refuſo vel legitime oblato ac depoſito pretio, ejusque annexis, revocandi, alienatoris Proximis Agnatis & deinde omnibus membris Nobilitatis Immediatæ, ac tandem toti corpori Equeſtri, per Privilegia Cæſarea, data ac permiſſa. Germanice in Privilegiis Cæſareis paſſim nominantur, Abtrieb, Einſtand, Verkauff, Loſung, Wiederloſung, Ausloſung. conf. Dn. D. FROMANN. *Diſp. de Jure Retractus Wurttenb. th. 1.* & D. D. GRASS. *Diſp. de Ceſſione Retractus, theſ. 1.*

§. VI.

Quod PERSONAS RETRAHENTES attinet, hoc Jus retrahendi, in Privilegiis Cæſareis, *conceſſum* eſt Nobilibus immediatis, in *Franconia*, *Suevia*, *Tractu Rhenano*, *Alſatia*, *Wetteravia*, aliisque locis huc ſpectantibus, de quibus legi poſſunt D. D. SCHWED. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 18.* KNIPSCHILD. *de Nobil. L. 1. c. 2. n. 7.* & *Corpori Equeſtri adſcriptis,*

Dn. D. HARPP. *Consil. 83. n. 485. seqq.* Et quidem primum *Alienatoris Proximis Agnatis & Cognatis*, hisce vero deficientibus, vel retrahere nolentibus, *singulis membris Nobilitatis Immediatæ*, &, si ex singulis Nobilibus nemo sit, qui retrahere velit, tunc jus illud retractus, *toti demum Corpori seu Collegio Nobilitatis* competit. KNIPSCHILD, *de Nobilit. L. 3. & 9. n. 18. & 30.* Et, ut eo melius de *subjecto activo*, quibus hoc jus Retractus equestris concessum est, constet, adduci merentur *de Nobilitate Franconica* verba sequentia ex *Privilegio Imperat. Rudolph. II.* de Anno 1609. Ueber diß so sezen und wollen wir auch, wenn hinführo über kurz oder lang, von einem Adelichen Mitglied in Francken, ein Adelich Guth, einem hohen oder niederen Stand verkaufft werden sollte, daß alsdann des Verkäuffers nechste Verwandten und Agnaten, oder zum Fall dieselbe solches nicht zu thun begehrten, folgends einem andern Mitglied, aus ihr der Ritterschafft, den Abtrieb und Einstand zu thun, ohne allermänniglichen Eintrag und Verhinderung, frey und bevor stehen solle: & Ordin. Equestr. Franc. de Anno 1590. & confirm. Anno 1651. P. I. T. 15. daß führohin keiner

der

der Ritterschafft, einig Gut, ganz oder Stück-weiß kauflich oder sonsten (ausserhalb da es zu mehrern seinem Nuzen, gegen andern gelegenen Adelichen Gütern Tausch-weiß geschehe) hinge-ben solle, er habe dann das oder dieselbige, seinen Freunden, und wo die nicht wolten, andern von der Ritterschafft angebotten, und denselbigen den Vorkauff in gleichmäßigen Werth verstattet, der Ritterschafft auch dabey das Jus Retractus, oder die Auslössung, vermög habender Privilegien, per expressum vorbehalten. LUNIG. *dict. Part. Spec. Contin.* 3. *in* 2. Absaz *N. VI. pag.* 23. & *N. XIII. pag.* 50. & 51. *add. Privil. de Anno* 1652. & 1688. Similiter de *Nobilitate Suevica*, conferri possunt. *Ordin. Equestr. de A.* 1560. *§.* 30. & 1653. *§.* 21. LUNIG. *Part. spec. Contin.* 3. im 1. Absaz *N. VII.* & *XLIII. p.* 45. & 102. 103. D. BURGM. *Cod. Diplom. p.* 208. & 225. Et apprime ad rem faciunt verba Privilegii Ferdin. II. de Anno 1624. ibi: Und darum sezen, ordnen und wollen wir, wann einem Adelichen Mitglied erst-besagter fünf Viertel im Land zu Schwaben seine Adeliche Güter es seyen gleich Schlösser, Städt, Dörfer, Flecken, Höf, Weyher, Zinß, Zehenden, Gülden, Gefäll, Recht und Gerechtig-

keiten, wie die gleich Nahmen haben mögen, käufflich zu begeben, vorhabens, daß er förderist dieselbigen seinen Freunden, und wann sie nicht wolten, andern von der Ritterschafft anbiethen, und denselben den Vorkauf in gleichmäßigen Werth verstatten solle rc. Im Fall aber der Käuffer diese unsere Ordnung überschreiten, und mit einem höhern, mittlern, oder niedern Stands-Genossen, der unter der Ritterschafft Consortio und Gemeinschafft nicht begriffen, sich käufflich einlassen würde, so sollen alsdann des Verkäuffers Verwandte und Agnaten (worinnen die prærogativa gradus in acht zu nehmen, wann sich mehr dann ein Löser und Einständer angeben sollten,) oder zum Fall dieselbe solches zu thun nicht begehrten, folgendes einem andern Mitglied aus der Ritterschafft Mittel, und leztlich wann sich auch kein Privat-Mitglied hierzu angeben würde dem gemein Ritterlichen Corpori, den Einstand und Antritt zu thun gebühren, ohne allermännigliches Eintrag und Verhinderniß, LUNIG. *P. S. Contin. 3.* im 1. Absaz, *N. XXX. p. 84.* D. BURGM. *Cod. Diplom. p. 225.* quibus jungi debent *Privil. Cæsarea de Anno 1652. & 1688.* Quoad *Nobilit. Rhenens. & Wetteraviens.* notandum est, quod *Privil. Rudolphi II. de Anno*

1605.

1605. & 1609. eadem verba, ſupra jam ex Privileg. Francon. de Anno 1609. adducta, in ſe contineant. LUNIG. *c. l.* im 3. Abſaz *N. XIII. & 62. p. 20. & 70.* uti quoque *Ordinat. Equeſt. Rhenenſ. P. 1. t. 14.* LUNIG. *loc. all. N. XXIV. p. 42.* cum *Ordinatione Equeſtr. Francon.* conſpirat, hocque jus confirmant *Privilegia de Anno 1652. & 1702. In Ordinatione Equeſtr. Alſatiæ de Anno 1651. ſ. 22.* Jus Retractus ab Imperatore Mathia A. 1614. iisdem verbis, quæ in *Privilegio Nobil. Franconic. A. 1609. & Rhenenſ. de Anno 1605. & 1609.* extant, conceſſum, & confirmatum quidem, ſed tamen ſimul conſtitutum eſt, quod denunciatio alienationis Corpori in Conventu ſit facienda, &, ſi nullus ex membris prædium emere deſideret, tunc venditio, extra Conſortium Equeſtre, & erga extraneum, permiſſa eſſe debeat, modo jus contributionis & matriculæ expreſſe reſervetur. LUNIG. *Part. Spec. Contin. III.* im 4. Abſaz *N. XI. p. 14. Ordinat. Equeſtr. Alſat. de Anno 1713. in fol. pag. 16. & 41. cum ſeqq.* ubi notes velim, quod non niſi incidenter de *Nobilitate Alſatica* acturus ſim.

§. VII.

Verum enim vero ex hactenus adductis Privilegiis Cæsareis, dubium, quoad *Nobilitatem Franconicam*, *Rhenensem & Wetteraviensem*, suboriri posset, quod nullibi toti Corpori Equestri, ut in *Privilegio Nobilitatis Suevicæ* factum, hoc jus Retractus concessum, adeoque nec illi concedendum sit, cum in jure communi Retractus regulariter denegandus sit. BESOLD. *Conf.* 277. KNIPSCHILD, *de Nobilit. L. 3. c. 9. n. 3. 8. 9. &c.* Hoc tamen non obstante, nihil mutandum esse censeo, quia *in Ordinationibus Equestribus, Franconica, Rhenensi & Wetteraviensi, atque Privilegiis Cæsareis, de Anno 1652.* in genere cautum, quod *Nobilitati*, Ritterschafften, Jus Retractus, per expressum, in alienationibus prædiorum equestrium, reservandum, & denunciatio venditionis Directorio, ubi bona sita sunt, facienda sit: ita ut exinde, &, cum ex privilegio *Nobilitatis Suevicæ* interpretatio & declaratio recte desumi possit, satis constare videatur, quod *toti Ordini & Corpori Equestri*, hoc jus retrahendi competere debeat. Ut autem omnis eximatur scrupulus, notandum est,

est, quod *Nobilitas Franconica, Suevica & Rhenensis jam tum in Recessu Spirensi, de Anno 1609. toti Ordini Equestri*, jus retractus attribuat, hisce verbis: Und wann derselbe keiner lösen und abtreiben mögen und wollen, daß alsdann selbiger Ritter-Creysen gemein Collegium oder Corpus retrahire, und dahin sehen werde, solche freye Adeliche Güter bey seinem Ritter-Creyß zu erhalten, referente KNIPSCHILDIO *de Nobil. Imp. immed. L. 3. c. 9. n. 17.* D. BURGMEISTER. *Thes. Equestr. Part. 2. pag. 750. Insuper privilegium* Cæsareum, *Nobilitati Franconicæ, Anno 1688. & Rhenens. atque Wetteraviensi Anno 1702.* datum, conjungendum est, &, sicuti ibidem *Nobilitas in corpore & membris*, conqueritur, quod, intra brevem terminum anni, pecuniam paratam ad retrahendum, hisce ærumnosis temporibus, conquirere nequeant: ita Cæsarea Majestas, *Toti* quoque *Corpori & singulis membris*, Jus Retractus ad triennium usque expresse concessit sequentibus: so zeige sich doch bey der Nachfolge, daß bey je mehr abnehmenden Mitteln, so wol denen Mitgliedern als dem Corpori unerschwinglich und ohnmöglich falle, in dem allein auf Jahr und Tag sich erstre-

 ckenden

ckenden Termino retrahendi, die baare Kauff-schilling aufzubringeu, oder die bedungene Verkauffs-Conditiones zu adimpliren, &c. Als haben wir aus Kayserlicher hohen Macht mit rechten Wissen, und seinen sonderlich uns hierzu bewegenden Ursachen, Krafft diß unsers Majest. Briefs Ihro unser Reichs-Ritterschafft in Francken (Rhein und Wetterauischen Zirck) erstlich den Terminum retrahendi, à die denunciationis Directorio factæ, computando, auf drey Jahr lang dergestalt allergnädigst extendirt, daß bis zu vollkommener Verschiessung der drey Jahren die Ritterschafft, oder deren jedes Mitglied, hiemit volle Gewalt und erlangtes Recht haben solle, mit Auszahlung oder Deponirung des baaren Kauffschillings, die Auslösung zu thun, und sich dieser Kayserlichen Begnadigung zu gebrauchen &c. LUNIG. *P. Spec. Contin. III.* im ersten Absaz, *N. LXIV. pag. 129.* im zweyten Absaz, *Nr. XXXIV. pag. 94.* Und im dritten Absaz, *N. LXII. pag. 73.*

§. VIII.

Manet igitur firmum, quod *Jus retrahendi*, ante omnes, *proximis Agnatis & Cognatis* competat, ita, ut si plures concur-

rant,

rant, proximiores, juxta gradus prærogativam, præferendi ſint, ſicque proximiores remotiores non ſaltem excludant, ſi concurrant, ſed ſi remotiores hoc prædium, jam refuſo pretio, acceperunt, illud tamen iterum proximiori, cedere debeant, prout in *Ordinat. Equeſtr. Suevic.* de Anno 1653. & 21. & *Receſſu Spirenſi ab Ordine Equeſtri Franconico, Suevico & Rhenano* de Anno 1609. inito, cautum. KNIPSCHILD, *de Nobil. L. 3. c. 9. n. 17.* nec non *Privileg. Franconic.* de Anno 1609. *Rhenenſ. & Wetterav.* de Anno 1605. 1609. 1666. & *Alſatiæ* de Anno 1614. proximorum Agnatorum, nechſter Verwandten, und Agnaten mentio fit. Inſuper in *Privileg. Suevic.* de 1624. plane diſponitur, quod gradus prærogativa obſervanda ſit. KNIPSCHILD, *d. l. L. 3. c. 9. n. 44. ſeqq.* quæ proximitas, in quocunque Retractu gentilitio ſeu conſanguinitatis alias obtinet. Diſp. GIESS. de *Prælat. in rebus alienat. ex jure Retractus c. l. n. 19. &c.* RICHTER. *Dec. 76. n. 12. & 24.* Certi quoque juris eſt, quod præventio à remotiore cognato, qui minori jure munitus eſt, proximiorem, qui potius jus retrahendi habet,

bet, minime excludere neque jus semel ipsi, facta alienatione, quæsitum, Emtori facto, contra voluntatem, retrahenti auferri possit *L. 11. L. 74. ff. d. Reg. Jur. c. 22. de Reg. Jur. in 6.* modo hic præventus, intra tempus, in privilegiis definitum, agat, & Retractum exerceat, alias enim præscriptum est huic juri, *arg. L. 68. ff. de acquir. hæred.* TIRAQUELL. *de Retr. Consanguinit. §. 1. gl. 6.* BESOLD. *ad Jus Prov. Wurtenb. P. 2. th. 87. & 88.* Dn. D. FROMMANN. *Disp. de Jur. Retr. Wurttenb. §. 88. & fin.* BESOLD. *Cons. 111. num. 22. & 29. seqq.* Dn. D. MEIER. *Comment. Jur. Feud. c. 6. §. 33. p. 344.* Quod *si tamen plures ejusdem gradus* concurrant, tunc in re dividua, omnes pro rata admittendi, vel si res individua, præventioni locus conceditur *L. 2. C. quando & quibus quarta pars deb.* vel si simul retrahere voluerint, sorte lis dirimenda erit, *arg. l. 13. & 14. ff. de Judic.* Late KNIPSCHILD. *de Nobil. L. 3. c. 9. n. 46.* Dn. D. HARPPRECHT. *Cons. 83. n. 444.* D. RHETIUS *Disp. de Jure Retract. gentil. seu Consangu. cap. 2. num. 52. &c. &c.*

§. XI.

§. IX.

Quod ſi *deficiant Agnati & Cognati, tunc cuilibet Nobili Immediato, & commembro Equeſtris conſortii Jus Retractus competit.* Hæc enim duo requiſita conjungenda ſunt, cum non ſufficiat, ut quis Nobilis, ſed inſuper neceſſarium, ut Ordini Equeſtri adſcriptus & immatriculatus ſit, licet bona immobilia nondum poſſideat, ſed ſolum quotannis ad Caſſam Equeſtrem certam ſolvat pecuniæ ſummam; ſæpius enim in Ordinationibus Equeſtribus & Privilegiis Cæſareis occurrunt tales locutiones, quæ alium ſignificatum non admittunt, quam ut retrahens *ex Conſortio & gremio Nobilitatis Immediatæ* eſſe debeat, prout verba §. 6. & 7. adducta v. g. Adelich Mitglied, der unter der Ritterſchafftl. Conſortio und Gemeinſchafft mit begriffen, ſatis docent, & cauſa impulſiva atque finalis in §. 4. adducta hujus Retractus aperto indicant, ne ſcilicet bona Equeſtria à Corpore Equeſtri avellantur, ſed potius apud Nobilitatem immediatam ſarta tectaque conſerventur. Porro notandum, quod, & *fœmina, v. g. Cognata & filia renunciatrix,* quæ non raro bona Equeſtria allodialia (ut

in

in *Suevia* Baronissa de Hohfeld pagum Wanckheim, & prædia Eck & Grespach, Corpori Equestri ad Nicrum immatriculata) possident, ad hunc Retractum Equestrem admitti possit, cum non saltem introductus sit, ut bona in familia, sed etiam in ipsa Nobilitate, & Contributione ad Cassam ordinariam Equestrem, conserventur. KNIPSCHILD, *de Nobilitate L. 3. c. 9. n. 75.* Quod si tamen *fœmina non Nobili* nubat, tunc suam dignitatem quodammodo alterat, & jura inde manantia, cum prærogativis status & pristinæ conditionis tantisper perdit, cum ex dignitate & conditione mariti æstimanda sit. *L. 8. L. 12. ff. de Senat. L. 3. L. 7. C. de Murilegul.* TIRAQUELL. *de Nobilit. L. 11. c. 18. n. 16. &c.* Dn. STRYK. *Us. mod. §. 9. seq. ad Tit. de Senat.* MULLER, *Disp. de Matrim. Nobil. cum ignob. §. 14.* Et hinc non saltem ipsa, sed & *liberi inde nati*, utpote qui Patris conditionem notorie sequuntur, nec de nobili ortu suæ matris participare possunt, BESOLD. *Cons. 1. pag. 2. n. 260.* TIRAQUELL. *de Nobilitat. c. 18. n. 20. &c.* Jus Retractus Nobilibus immediatis competens minime exercere possunt,

prout

prout ab Illuſtri Facult. Jurid. Tubing. hoc ipſis denegatum, Anno 1682. docentibus Dn. D. HARPPR. *Conſ. 83. n. 489. & 490.* & Dn. D. GRASSO, *Diſp. de Except. Nobilit. ſſ. 10. p. 24.* Porro exinde ſequitur, quod alii Nobiles atque Barones immediati, qui v. g. votum & ſeſſionem in Circulis & Comitiis habent, Dn. D. SCHWEDER, *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 8.* neque tamen Ordini Equeſtri in Franconia, Suevia, Rhenenſi & Wetteravia adſcripti, ibique immatriculati, hoc Jus Retractus, ceu ſolis Nobilibus immediatæ Nobilitati incorporatis competens, ſibi attribuere nequeant. In terminis Dn. D. HARPPR. *Conſ. 83. n. 485. ad n. 490.* cum talia ſint ſubjecta, qualia permittuntur eſſe à ſuis prædicatis. BARBOSA locupletat. *L. 17. c. 68. ax. 4.* & inſuper hic ratio privilegiorum plane ceſſet, cum bona equeſtria extra Conſortium Nobilium immediatorum illorumque Corpus Equeſtre, abirent. Ex eadem ratione vix ac ne vix quidem Poſſeſſores prædiorum nobilium bona extra Conſortium alienata retrahere poſſunt, cum non ſint membra immatriculata, per Deducta KREIDEMANNI, von des Teutſchen

Adels

Adels Stand, *qu. 10. c. 15.* NOLDEN, *de Nobilitat. c. 17. n. 34.* D. NAGEL, *Thes. Inaugural. §. 25.*

§. X.

Illud adhuc circa *subjectum activum* Retractus quæri posset: *an Nobiles Immediati Sueviæ, bona Equestria Franconiæ vel Rhenensia, & sic vice versa, ac in subsidium Corpus Equestre Franconiæ in Suevia, & vice versa, jus Retractus exercere possit?* Et cum in Privilegiis Cæsareis, incorporatio & immatriculatio, ad exercitium hujus Retractus, requiratur, & ratio præcipua in eo ponatur, ne bona Equestria extra Consortium, matriculam & Contributionem Nobilitatis & Directorii nempe illius, ubi bona sita sunt, abeant, ex qua ratione etiam Directorio rei sitæ, denunciatio facienda sit; ideo congruentius & probabilius credendum erit, quod Nobilitas Franconiæ, Sueviæ, Rhenensis & Wetteraviensis, non nisi in Suevia, Franconia, tractu Rhenensi & Wetteraviensi, sicque in bonis Equestribus, ad tractum illum spectantibus, hoc jus Retractus exercere possit, maxime, cum peculiaria & distincta privilegia,

vilegia, etiam ab Imperatoribus concessa, habeant, & Ordo Equestris Francon. Sueviæ & Rhenensis d. 14. Maji Anno 1609. in Spirensi Recessu expresse constituerit, quod quilibet Ordo & Circulus, deficientibus aliis, jure Retractus uti, sicque omnes vires eo intendere debeat, ut bona Equestria, bey seinem Ritter-Crayß, apud suum Circulum & Classem, conserventur. KNIPSCHILD, *de Nobilit. L. 3. C. 9. n. 17.* Annon vero ad minimum Nobiles Immediati Franconiæ, v. g. loco Odenwald, Rhön und Werra, & Nobiles Districtus Sueviæ, Neckar und Donau incorporati, etiam bona Equestria alii loco v. g. Altmühl, Baunach in Franconia, vel Kocher, Bodensee, &c. in Suevia adscripta & immatriculata, retrahere possint? Item, annon Corpus Nobilitatis Equestre Sueviæ ad Nicrum & Sylvam Herciniam, bona Equestria ex Corpore ad Danubium & Creichgau alienata, & Corpus Nobilitatis Franconiæ, Steigerwald, possit prædia alienata, in districtu Gebürg, & sic porro, jure Retractus revocare queant? est quæstio, quæ sane non caret sua difficultate. Et si Nobilis Immediatus, duobus locis, in Franconia & Sue-

via, immatriculatus esset, uti plura prostant exempla, quin tunc in illis duobus districtibus, ubi membrum est, hoc jure retrahendi gaudeat, nullum habet dubium; sin autem non nisi unius loci matriculæ inscriptus est, tunc, ex supra jam adductis rationibus, probabilius videtur, quod Nobilis Immediatus & Corpus intregrum Equestre, non nisi illa bona retrahere possit, quæ ad illum Tractum, ubi incorporatus, spectant, & quæ Collectationi & matriculæ illius districtus præcise subjacent. Quamvis hujus quæstionis finalem decisionem ulteriori meditationi reservo, & ex praxi optimam decisionem petendam esse, existimo.

§. XI.

Pergo jam ad PERSONAS, à quibus bona Equestria retrahi possunt & omnes huc referendi, qui non sunt in gremium & Consortium Nobilitatis Immediatæ recepti, sive Electores, Duces, Principes, Comites, Barones & Nobiles, Archi-Episcopi, Episcopi & Prælati, denique privati, & quicunque tandem fuerint. Nam in Privileg. FRANCON. de Anno 1609. & 1652. LUNIG. in

Reichs-

Reichs-Archiv. *P. spec. Contin. III.* im 2. Absaz, N. XIII. XX. p. 50. & 60. SUEVICO de Anno 1624. & 1652. D. BURGMEIST. *Cod. Diplom. p. 328. & 331.* RHENENSI & WETTERAVIENSI de Anno 1605. & 1609. LUNIG, *d. l.* im 3. Absaz, Nro. XIII. & LXII. p. 20. & 70. & ALSATICO de Anno 1614. expressum est, quod, sive alienatio in Majores, medios, seu minores Status fiat, hohen, mitteln und niedrigen Stands, nihilominus jus retrahendi fundatum esse debeat: & in Nobilibus mediatis *Ord. Franc. p. 1. tit. 15. & Rhen. p. 1. tit. 14.* per hæc verba: Sintemahlen auch die Erfahrung bezeuget, und nur allzuviel offenbahr, was in kurzer Zeit für ansehnliche, stattliche Adeliche Güter nicht allein von ihren Geschlechten, sondern gar aus der Ritterschaffts Anlagen, Gewalt und Gemeinschafft in andere Hände, dahero selbiger wegen keine Reversion mehr zu gewarten, kommen. Uti in *Privileg. Suevico* de Anno 1624. per formalia in §. 6. adducta, clarius & generaliter disponitur, quod Retractus tunc demum, si bona Equestria ex Consortio & Communione Nobilitatis immediatæ alienentur, locum habere debeat. Id quod etiam

in *Privileg. Franc. Rhenens.* de Anno 1652. ibi: die aus ihrer Gemeinschafft und Mittel verhandelte Güter belangend, LUNIG. *d. l.* im 2. Absaz, Nro. XXXIV. p. 89. & im 3. Absaz, Nro. LXII. p. 72. & Suevico de Anno 1652. ibi: sondern auch, weilen theils Mitgliedere und Zugewandte sich unterstehen, ohne Anmeldung bey ihres Viertels-Räthen, und Ausschüssen, ausserhalb der Ritterschafft, ihre Güter, Zehend und Gülten zu verhandeln und zu veralieniren ꝛc. D. BURGM. *Cod. Dipl. p. 330. 331.* repetitur. Quod si igitur alienatio in Nobilem immediatum fit, qui in Corpore Equestri, ut membrum, comprehensus est, tunc notorie contra eum cessare debet hoc Jus Retractus. Dn. D. HARPPR. *Consil. 83. n. 498. usque ad n. 501.*

§. XII.

OBJECTUM hujus Retractus Equestris constituunt bona Equestria, quæ semel corpori Ordinis Equestris incorporata, & ad Cassam Nobilium contributiones & alia onera detulerunt, welche Adeliche Güter der Freyen-Reichs-Ritterschafft einmahl incorporiret, und mit der Contribution zu der gemeinen Ritter-Cassa

und

und Truhen vertretten worden. KNIPSCH. *de Nob. L. 3. cap. 9. n. 15.* Dn. D. HARPPR. *Conſ. 83. n. 468. ſeqq.* prout ex *Ordin. Eq. Franc. P. 1. Tit. 15. & Rhenenſ. tit. 14. & Privileg. Sueviæ Nobil.* de Anno 1624. ſupra §. 6. & 11. adducta ſatis patet. Et inſuper probat Privil. *Franc. Nobil.* de Anno 1626. & 1652. ibi: die aus ihrer Gemeinſchafft und Mittel veränderte Adeliche Güter belangende & 1668. ibi: bey beſchehenden Verkauff einiges dem Ritter-Corpori quomodocunque afficirtes Guth oder Gefäll ꝛc. LUNIG. *d. l.* im 2. Abſatz Nr. XX. XXXII. & XCIV. p. 59. 89. 92. & 184. Et conſpirant non tantum privilegia *Nobil. Suevic.* de 1652. ibi: Wegen eines Einſtand Rechtes und Ausloſung der auſſerhalb der Ritterſchafft verkaufft und veränderten Ritter-Güter, mit einem ſonderbahren Privilegio de Anno 1624. verſehen und begnadet worden ꝛc. ſondern auch, weilen theils Mitgliedere und Zugewandte ſich unterſtehen ohne Anmeldung bey ihres Viertels-Räthen ꝛc. ihre Güter zu verhandeln und zu alieniren ꝛc. & de Anno 1688. in verbis ſupra §. 6. adductis. LUNIG. im 1. Abſatz, Nro. XXX. XL. LXIV. p. 82. 94. 102. 103. & 129. ſed privilegia Nobilit. *Rhenenſ.* & *Wetterav.* de

Anno 1626. 1652. & 1702. in verbis jam adductis & Anno 1666. ibi: Sammt der von uns zu Erhaltung der Familien dabey gethanen Erklärung und Erläuterung, daß nemlich in denen Fällen, wann ein weiters Verwandten oder gar extraneo aus Mittel berührter Ritterschafft, ein eigenthümlich Lehen oder aber ingehabtes Guth, Gefäll, Nuzung, oder Angehör, wo die gelegen, verkaufft, versezt, oder einigerley Weiß veräussert wird, den nähern Verwandten den Verkauff, Abtrieb und Einstand bey einem solchen verkaufften und veralienirten Guth, Renthen, Gülten, und andern dergleichen Gerechtigkeit, samt deren Pertinentien, gegen Leistung der Gebühr gestattet, und dabey gehandhabet werden sollen ꝛc. LUNIG. 3. Absaz. Nro. XXXI. & XLII. p. 55. 69. 72. 74. Hinc Jus Retractus, si à Nobilibus Immediatis aliquod prædium extra Consortium Equestre venditum, quod Corpori Equestri plane non fuit adscriptum, neque ibidem immatriculatum, notorie cessat, cum, quoad hæc bona, quæ Corpori bonorum immediat. Nobilit. non sunt inserta, tum causa impulsiva, ne scilicet bona immediat. Nobilit. imminuantur, tum Finis privilegii, qui est conservatio Illustris hujus Corporis, & deni-

denique voluntas Legislatoris, ſive cauſa efficiens hujus beneficii, notorie deficiant: & ideo beneficium hoc nihilominus locum habere, nemo dicere valeat, niſi qui ipſa Juris principia everſa velit. Dn. D. HARPPR. *Conſ. 83. n. 496. & 497.* Porro negari nequit, quod in caſu, ſi prædia ex matricula Bonorum Nobilit. Immediatæ & extra Conſortium Nobilium ſemel ſint alienata, itidem Jus Retractus amplius obtineat, cum eo ipſo, dum extraneo & ex matricula vendita, naturam prædii Equeſtris, & ſic per conſequens etiam Jus retrahendi, Nobiles Immediati amiſerint, ita, ut, licet deinde ab hiſce Extraneis poſſeſſoribus ſæpius nova fiat alienatio, nihilominus ob defectum objecti, nempe prædii Equeſtris, ad quod hoc Privilegium reſtrictum, Jus Retractus ceſſet, neque amplius exerceri queat, prout cum Facultate Illuſtri Tubingenſi ſentit Dn. D. HARPPR. *Conſ. 83. n. 466. usque ad n. 472.* Notandum tamen eſt, quod *conjunctim* & alienatio ex matricula, & extra conſortium Equeſtre, hoc in caſu neceſſaria ſit atque requiratur. Quando enim alienatio ſolum extra Conſortium Nobilium Immediatorum,

 ſcil.

ſcil. in *Plebeium* ſeu *Ignobilem* (qui vocantur bonorum Poſſeſſores, Germ. Güter-Beſitzer) facta, Corpori Equeſtri Nobilium immediatorum Jus Retractus haud denegandum, cum in Privilegiis Cæſareis non reſpiciatur Retractus de perſona ad perſonam, ſed de perſona ad prædium, matriculæ equeſtri & contributionibus ſubjectum, ne hoc ex ea & contributione ad caſſam equeſtrem exeat, uti quoque Dn. D. HARPPR. *l. c.* intelligendus. Prout etiam in prædiis avitis ſemel in extraneum alienatis ita juris eſt. RICHT. *Dec.* 76. *n.* 40. ubi aliquot præjudicia adducuntur. Quod ſi tamen intra triennium, à Nobili Immediato immatriculato, prædium extraneo venditum, & ab hoc, intra id tempus, iterum in alium, extra Conſortium Equeſtre, translatum fuerit, tunc verius judico, quod Jus Retractus, ob alienationem extra Nobilitatem immediatam factam, per ſubſecutam novam alienationem in extraneum, huic invito adimi non poſſit. *L.* 11. *de Regul. Jur.* cum jus alteri quæſitum regulariter nec Princeps cuiquam aufferre queat. PETR. ANTHON. DE PETRA, *de Jure quæſit. non tollend. per Principem, cap.* 24.

&

& passim. BESOLD. *Cons. 161. n. 61.* STRUV. *Exerc. 44. th. 11.* & condictio ex Privilegiis Cæsareis ob Retractum competens in rem scripta sit, remque ipsam sequatur, etsi in centesimam manum, imo per mille manus ambulaverit. MANZ. *Dec. 1. 9. 48. n. 4.* BOER. *Decis. 182. 123.* GAIL. *L. 2. Obs. 19. n. 7.* JOH. A SANDE, *Decis. Frisic. L. 3. Tit. 5. def. 13. qu. 2.* *

C 5 §. XIII.

* Recte se habent, sine dubio adhuc dicta, si anteriora tempora respiciamus. Sed porro jam monendum est, nullo modo bona Equestri Matriculæ semel inscripta, ad quemcunque demum ea pervenerint, à præstationibus Cassæ inferendis esse immunia, aut exemta; sed rem transire cum onere. Ut asserti veritas evadat manifestior, lubet adducere Rescriptum novissimum Augustissimi Imperatoris CAROLI VI. quod sub dato Viennæ 17. Aug. 1719. in causa *Dn. Comitis de Castel* emanavit, qui, dum Pagum *Urspringen*, tanquam Feudum sibi apertum, jure consolidationis occupavit, & ab oneribus Equestri matriculæ, cui antehac inscriptum fuerat, debitis se eximere voluit, per sententiam in Judicio Aulico latam condemnatus, & exsecutio denen Crayß-ausschreibenden Fürsten in Francken, demandata fuit. Tenor

Cæsar.

§. XIII.

De cætero nihil intereſt, *bona immobilia avita*, *paterna*, *gentilitia*, vulgo Stamm-Güter, vel *patrimonialia & hæreditaria*, vulgo

Cæſar. Reſcripti, quod nudius tertius obtinui, ſequens eſt:

CARL ꝛc.

(Tit.) Ewer Lbd. Lbd. wird auſſer Zweiffel vorhin wohlbekannt ſeyn, was in der unter Glorwürdigſter Regierung unſers in GOtt ruhenden Herrn Vaters und Vorfahrers am Reich, weil. Kayſer Leopold an Dero dermahligen Kayſerl. Reichs-Hof-Rath obgeſchwebten, und von deroſelben am 14. Auguſt. 1702. mittelſt Eröffnung einer Sententiæ paritoriæ cum reſervatione petitorii abgeurthelten Streit- und Mandat-Sachen ſich verhaltend zwiſchen der unmittelbahren Reichs-Ritterſchafft in Francken Orts Röhn und Werra Impetranten eines- entgegen und wider den Grafen von Caſtell Impetraten andern Theils, die Collectation des Dorfs Urſpringen betreffend, von allerhöchſt-ſeligſt gedachten Ihro Kayſerl. Majeſtät für eine Kayſerl. Executions-Commißion dem Löbl. Fränck. Crayß-Ausſchreib-Amt aufgetragen, und zu derſelben Vollſtreckung ſowol allerhöchſt dieſelbe, als auch nachgehends Unſer Ihro in der Kayſerl. Regierung gefolgter Herr Bruder Kayſer

go Erb-Güter, seu *jura & res incorporales* sint, ut respective arces, Civitates, Pagi, Villæ, Census & Proventus, annui reditus, Deci-

Kayser Joseph allermildesten Andenckens, und Wir selbsten nach Antretung unserer Kayserl. Regierung für nachdrückliche Excitatoria erlassen haben;

Wie nun bey Uns die Impetrante Ritterschafft ohnaussezlich um dermahlige Vollstreckung eines vor so vielen Jahren ausgefallenen und ad Executionem verwiesenen Kayserl. Judicati auch darauf jederzeit mit wohl-bedächtlicher Erwegung gefolgten nachdrücklichen Verordnungen gebetten, und Wir Uns umständlich vortragen lassen, was in dieser Sachen sowohl bey ob allerhöchst-seel. gedachten Unsern Herrn Vatern allerglorwürdigsten Regierung von dem zu Regenspurg fürwährenden Reichs- auch Fränck. Crayß-Convent, und bey Uns selbsten von diesem leztern, wie auch dem Bischoff zu Würzburg, als respectu der Grafen von Castell über das Dorf Urspringen Oberlehnherrn, und nur besagten Grafen angebracht, und vorgestellet worden, wir auch, nach wohlerwogenen sämtlichen Umständen, die einer Seits eingewendete Ursachen nicht vor erheblichen befunden, anderer Seits aber die Ritterschafft allbereit 17. Jahr nach ausgefallener Paritori-Urtheil von dem beklagten Grafen, ohne einmahl das in senten-

Decimæ, Pedagia, Gabellæ & ſimilia jura, quomodocunque etiam nominentur. KNIPSCHILD, *l. c. L. 3. c. 9. n. 18. & 74. usque n. 79.* de Nobil. Diſp. Gieſſ. *de Prælat. in rebus alienat. ex jure Retract. c. 4. n. 1. usque ad n. 85.* Dn. RHET. *Diſp. de Jur. Retract. Gentilit. c. 3.* cum ſupra, §. VI. XI. & XII. adducta verba generalia Privilegiorum *Suevic. Nobilit.* de Anno 1624. & 1652. Privileg. *Nobil. Immed. Francon. &*

Sue-

ſententia reſervirte Petitorium anzuſtellen, umgetrieben worden;

So können wir, zu Folg der heilſamen Juſtiz und Unſers obtragenden Kayſerl. Amts nicht länger anſtehen, die via facti aus der poſſeſſione vel quaſi des Juris collectandi entſezte Reichs-Ritterſchafft cum omni cauſa zu reſtituiren, und wollen dahero Ew. Lbd. hiemit nochmahlen und nachdrücklich ermahnet haben, daß ſie ſamt oder ſonders, alles Caſtelliſchen Einwendens ungehindert, ſub termino duorum menſium mit der Execution denen obgedachter maſſen vorhergegangenen Verordnungen gemäß verfahren, und an Uns, wie es geſchehen, ſodann berichten. Wir ſind des ohn-einſtelligen Erfolgs von Ewer Lbd. Lbd. gewärtig, und verbleiben Ihnen reſp. mit ꝛc. Wien den 17. Aug. 1719.

medietatis conditionem imminuit, cum quoad respectum personarum suarum ab aliorum statuum jurisdictione nihilominus maneant exemti, solum Imperatorem, aut Cameram Imperialem pro superiore atque Judice recognoscentes, *R. I. de anno 1542.* §. Dieweil aber etliche. GYLM. *in symphor. p. 1. tit. 3. de Religione n. 34.* Autor. præjud. Camer. apud GYLM. *symphor. tom. 3. verbo Nobilitas.* SIXTIN. *de Regal. Lib. 1. c. 4. n. 95. seqq.* jung. MYLER. ab EHRENBACH. *de Princip. & Stat. Imp. Rom. Germ. c. 37. num. 10.* Dn. MAURIT. *de nob. Germ. th. 49.*

Th. IX.

Ex illo tamen liberæ immedietatis axiomate, qui inferre præsumunt eos Status esse, strictè & propriè sic dictos, uti id insimul & ex aliis rationibus stabilitum eunt RÜMEL. *ad A. B. p. 1. diss. 1. th. 12.* HIPPOL. à TREISBACH, (quod fictitium nomen esse, & sub eo latere ipsum Knipschildium probat B. Dn. MAURIT. *de nobil. Germ. th. 29.*) in seinen unfürgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben,

ben, Francken, und am Rheinstrom Stand und Session betreffend. *qu. 2. n. 175. seqq. jung. n. 101. & plur. seqq.* ubi varios hoc articulo variè sentientes authores adducit: Illi frustra omninò laborant tùm quia diversissima omnino sunt esse Statum Imperii, & esse Imperatori atque Imperio subjectum, CLUT. *in syllog. rer. quot. concl. 26. lit. k.* indeque nulla est sequela: Immediatus est, ergo Status est; cum dentur immediati, qui non sunt Status, quod patet ex R. I. Worm. de Anno 1564. §. und wollen wir als Römischer Kayser. ibi: gegen denen, so nicht Stände des Reichs, jedoch dem Heil. Röm. Reich immediate unterworffen. Dn. THOMAS. *in diss. de feud. obl. c. 1. §. 27. jung.* KNIPSCH. *de Nobil. l. 3. c. 1. num. 18.* tum ex aliis caussis quas pro firmanda negativa copiosissimè adducunt & explicant. LIMN. *in I. P. Lib. 6. c. 3. n. 11. seqq.* & *ibid. in addit.* OLDENB. *in Limn. Enucl. l. 3. c. 29. n. 4.* VITRIAR. Illustr. *in l. 1. t. 22. post. §. 9. in Qu. An Nobilitas immediata faciat Statum.* SPEID. *in addit. ad Rumel. diss. ad A. B. d. l.* addantur omninò quæ tradit *in spec. Jur. Polit. Hist. voc.* Freyleuth. & ab his cit. conf.

tn. Excellentiss. Dn. D. SCHWEDER. *d. l.* *§. 6.* LIMN. *d. l. num. 32. & 33. & ibid. in addit.* addatur. & Dn. THOMAS. ad MONZAMB. de Statu Imperii *Germ. c. 2. §. 14. lit. x.*

Th. X.

Utut verò Nobiles Immediati Status Imperii preßè loquendo non sint: superioritatem tamen territorialem in ditionibus suis his ipsis Nobilibus immediatis sine omni addubitatione asserere haud veremur per *pac. Osn. art. 5. §. 28.* aliaque argumenta quibus DD. communiori calculo nituntur, quos magno cumulo in scenam produxit KNIPSCHILD. *d. tr. l. 3. c. 1. n. 1. & plur. seqq.* idemque tanquam HIPPOL. à TREISB. *in d. tr. n. 140.* J. F. von Lendersheim. *de jur. & priv. Nob. Lib. & immed. th. 9. & 10. Lit. B.* Excellentiss. D. D. SCHWEDER. *part. spec. sect. 2. c. 18. §. 10.* Dn. COCCEJ. *c. 22. §. 14.* AHASV. FRITSCH. *in addit. ad Limn. l. P. l. 6. c. 3. n. 38.* KREIDENM. *in supr. alleg. tract. qu. 4. n. 174. & plur. seqq.* MYL. ab EHRENB. *de Princ. & Stat. Imp. c. 25. n. 22.* Dn. MAUR. *in diss. de*

nobil.

nobil. Germ. 6. 49. B. Dn. D. FROMM. *in diss. de condom. territ. th.* 17. *seqq.* ubi probat Jus illud territoriale ad Statum non esse præcisè restrictum & attestatur inclytam Facultatem Juridicam hanc sententiam dudum calculo suo comprobasse apud BESOLD. *p.* 2. *cons.* 49. *n.* 117. *seqq.* Dn. EBERH. FRIDER. ab HOLZ, *in Orat.* in Colleg. Illustri *anno* 1684. habita *pag.* 14. *seqq.* Quamvis dissentiant Nobilibus immediatis superioritatem territorialem omnino denegantes, SPEID. *in addit. ad Rumel. A. B. p.* 1. *d.* 1. *th.* 13. *tit.* 6. Illustr. Dn. de RHETZ. *in diss. de jur. Stat. circ. sacra. c.* 2. *n.* 17. LUD. HUG. *de Stat. Region. Germ. c.* 5. *n.* 5. *seq.* STRAUCH. *dissert. Exot.* 4. *th.* 22. Dn. VITRIAR. *in Inst. Jur. Publ. l.* 3. *t.* 15. *§.* 12. Dn. CHRIST. THOMAS. *in diss. de feud. oblat. c.* 2. *§.* 29. & in *not. ad Monzamb. d. l.* Quem DDrum dissensum conciliare & assopire distinctione quadam, vocem *superioritatis territorialis* ab æquivocationis fallacia liberante, nititur Dn. KULP. *ad Monzamb. c.* 2. *p.* 2. *§.* 14. *pag.* 194. ita ut statuat superioritatem territorialem, quatenus connotet *notam Status Imperii* & huic

pro-

proprie competentem facultatem aut potestatem, Nobilibus immediatis non competere, quatenus verò *in sensu latiori* accipiatur, omninò competere. Rectius ac Disting. OLDENBURG *in Linn. enucl. l. 3. c. 29. §. 6.* existimans, prædicatum illud superioritatis territorialis Nobilibus immediatis ut *singulis* vix posse attribui, attamen ut *universis*, quatenus unum corpus constituunt, bene ipsis competere.

Th. XI.

Inde consectaria jura, prærogativæ, & privilegia quamplurima Nobilibus immediatis quæ competant, supervacuum est hîc loci excutere, tum quia ab instituto nostro longius recedit, tum quia & pleniorem eorundem catalogum exhibet KREIDENM. *d. tr. de Stat. Nob. Germ. qu. 4. n. 173. & plur. seqq.* KNIPSCH. *de Nob. l. 3. c. 1. seqq. & passim per* tot. & Dn. de HOLTZ *in laud. orat. dd. pag.* Unicum tamen adhuc brevibus hîc etiam insinuare non abs re duximus, Nobiles Imperii immediatos inter se societatem quandam instar Reipubl. fœdere & pacto pro conservandis immunitatibus & juribus

totius

totius istius Nobilitatis instituisse, in quo ipso jam olim indulgentissimum experti sunt Regem Sigismundum in privilegio, daß der Freye Adel in Teutschland sich zusammen verbinden ꝛc. möge; quod exhibet KREIDENM. *n.* 1. clementissime Anno 1422. rescribentem his verbis: Geben wir vollen Macht und Gewalt der Ehrgenannten Ritterschafft überall in Teutschen Landen, und gönnen Ihnen, daß sie sich mit einander verbinden und vereinigen sollen und mögen, wie sie das am besten zu seyn beduncken wird, daß sie bey Gleich und Recht bleiben ꝛc. eumque in finem Senatum Equestrem einen Ritter-Rath, Comitia, den Ritter-Tag, certosque Magistratus, Ober-Hauptmann, Unter-Hauptleuthe veluti in Franconia, uti videre est apud WEHNER. *in pract. obs. voc.* Kreys-Täge. *p. m.* 447. *Directorn*, Räth und Ausschüsse, veluti in Suevia, de quo plenius KREIDENM. *in supra laud. tract. qu.* 1. *seqq.* ordinasse, certisque legibus consuetudinibus, aliisque Reipubl. institutis uti, VITRIAR. *in Inst. Jur. Publ. l.* 3. *t.* 15. & ita exercere etiam inter se & in singula immediatæ & liberæ Nobilitatis commembra jurisdictionem primum consensu mutuo & pacto inter ipsos constitu-

tam,

tam, unde illa appellatio erbettene Director und Ausſchüſſe, deinde & ab Imperatore confirmatam, id quod ex Ord. Equeſt. obſervat, COCCEJ. *in Jur. Publ. Prud. c. 25. ſ. 13.* quod & noviſſimè ſtabilitur expreſſis glorioſiſſimi Imperatoris noſtri Leopoldi verbis privilegio Nobilitati Suevicæ Anno 1688. Wegen Beſtellung der Vormundſchafften, indulto inſertis h. m. Weil ohne das von Unſerem Hochgeehrten Herrn Vatter weiland Kayſern Ferdinando III. Hochlöblicher Gedächtnus, derſelben hiebevor in Ihrer Mitglieder ſtreitigen Sachen einige *Jurisdiction* conferiret worden. cujus efficaciam præprimis in parendi neceſſitate, juſtaque in refractarios animadverſione ab ſtatutorum & ſententiarum executione conſiſtentem, omnes & ſinguli hoc magis vigili cura cuſtodire, omnique ope adjuvare & conſtabilire debent: KREIDENM. *d. tr. q. 5.* Von erhaltung des Ritter-Raths, Gewalt, Ehr, Reſpect und Hoheit. §. 2. was auch von dieſer Ritterſchafft vernünfftig geſchloſſen und erkennet, darob ſoll von Directorn, Räthen und Auſchüſſen und von allen Adelichen Mitgliedern rühmlich und ehrlich gehalten, und die Erkanntnüſſen zu billicher, gerechten und völliger Execution durch den

Herrn

Herrn Director, Rath und Ausschüß befürdert, und hierzu von allen Freyen und Adelichen Mitgliedern Hülffe, nach möglichkeit und nach aller Gutthat erwiesen werden, Alioqui verò & citra hunc rerum eventum & nexum Imperii aut Jurisdictionis authoritas atque vis omnis Nobilium cuidam in Nobilem, ex paritatis conditione, penitus deficeret, *l.* 13. *§.* 4. *ff. ad SCt. Trebell. l.* 4. *ff. de Recept. qui arb.* ZIEGL. *de jur. Majest. l.* 1. *c.* 5. *§.* 36. *& passim.* SURD. *cons.* 47. *n.* 10. nec esset ab iisdem decretorum aut statutorum quædam observantia, nisi ex ultroneo cultioris ingenii obsequio, ferventiori honestatis amore, & incitatiori utilitatis & conservationis commendatione. Quo vel maximè pertinet, quæ scribit KREIDENM. *d. qu.* 5. *§.* 5. ibi: Das nemlich denenselben, verstehe dem Ritter-Rath, Directoren, Räthen und Ausschüssen, wegen der Bestellung und Verordnung keine Superiorität, Jurisdictio, Hoheit noch Gewalt, über die andere freye Adeliche Mitglieder eingeraumt, par enim in parem, & constitutus in constituentem non habet Imperium, non jurisdictionem; Aber Ihren sanis & salutaribus consiliis, sententiis aus Löbl. Gemüth, und zu Beförde-

förderung der Ritterſchafft Heil, Wohlfahrt und Beruhigung ſolle gefolget, ſie ſamtlich geliebet, geehret, reſpectiret, defendiret, werden.

Th. XII.

Secundum ea, quæ hactenus propoſita ſunt, illa, de qua in ſpecie hic agimus, tutela materna eſt *talis tutela atque cura, quæ Matri vel Aviæ Nobili immediatæ in liberos primi vel ſecundi gradûs, regulariter pupillos atque minores, aliquando & ætate majores furioſos, mente captos atque prodigos, ejusdem immedietatis prærogativa gaudentes, jure, legibus, atque moribus noſtris ſingulariter inducto atque recepto competit.*

Th. XIII.

Præcipuæ hujus Nobilium immediatorum tutelæ maternæ diviſiones notari poſſunt ſequentes 1. quæ eſt à *cauſa efficiente* deſumta, quâ alia eſt ex proviſione *hominis*, alia ex proviſione *Juris*, ejusque ſ. legis, ſ. conſuetudinis. Illa eſt *teſtamentaria*, quæ ex teſtamento Patris, Nobilis immediati, Matri ejusdem ordinis, ſimili modo & Aviæ, in liberos ſuos defertur: eique vel ſoli, vel

cum

cum alio ſimul in tutricem denominatæ & conſtitutæ, BERNH. WURMS. *pract. obſ. l.* 1. *t.* 38. *O.* 3. *n.* 7. Ad quam ſpeciem quoque ſuo modo referenda venit, quæ ex tenore *pactorum dotalium* à Neogamis Nobilibus eorumque Parentibus atque cognatis, non tantum ſibi invicem ratione ſucceſſionis, ſed & proli impoſterum ſuſcipiendæ ratione tutelæ atque curæ proſpicientibus, initorum Matri competit. Quandoquidem pacta dotalia, non tantùm de dote ac donatione propter nuptias, ſed & de hereditate conjugibus deferenda, *& in modum ultimarum voluntatum* concepta loco teſtamentariæ ultimæque diſpoſitionis jure conſuetudinario contra Romanarum LL. principia hac in parte incedente valent; ſecus ac in caſu, ubi *per modum contractus* facta, quia tum naturam conventionum adſtrictius ſequuntur, de quibus plenius ediſſerentes videri poſſunt. TABOR. *de pact. dot. c.* 7. *th.* 5. *& paſſim.* KOHL. *de pact. dot. p.* 2. *n.* 81. *ſeqq.* HARTM. PIST. *p.* 4. *q.* 3. *n.* 2. *ſeqq.* CARPZOV. *p.* 2. *c.* 43. *d.* 5. BERLICH. *p.* 2. *concl.* 51. *num.* 5. *ſeqq.* Dn. STRYK *de caut. contr. ſect.* 3. *c.* 8. *§.* 21. Excell. Dn. D. HARPPR. *in Conſ.* 20.

n. 35. ſeqq. & ibid. cumulatim adducti. Quemadmodum Matri aut Aviæ Nobili delatam tutelam *pactitiam* nominare & *teſtamentariæ* proprie ſic dictæ contradiſtinguere rationi juris hodie uſitatiſſimi in materia pactitiæ ſucceſſionis, & pactitii fideicommiſſi, haud erit inconveniens. Qua ratione & HEIG. 2. *qu. 13. n. 3. & 4. ut & n. 30.* tutorum conſtitutionem, per pacta gentilitia factam hodie æque valere aſſerit, ac valet hereditatis delatio per pacta, maxime reciproca hodiè receptiſſimo jure facta. Hocque moribus jam adeò invaluiſſe conſtat, ut quomodocunque pacta dotalia, aut id genus alia celebrata fuerint, ſive in modum *ultimæ voluntatis*, ſive in modum *contractus*, inibi facta proviſio de tutela Matri aut Aviæ in liberos ſuos deferenda, hunc ſuum effectum legitimè conſtitutæ tutelæ utrobique, & in ſpecie quoque in caſu, ubi pacta ſaltem in modum contractus erecta exiſtunt, oſtendat. De quibus tutelæ maternæ ſpeciebus inter Nobiles immediatos frequentioribus infra *th. 19.* & *20.* pluribus. *Hæc*, quæ eſt ex proviſione juris, *legitima* audit, & eſt quæ teſtamentaria aut hodie pactitia deficiente, imme-

immediatè à ſola lege aut conſuetudine matri aut Aviæ Nobili Immediatæ certo modo defertur. *Nov. 118. c. 5. vid. th. 21.* Anne verò & hæc materna tutela *dativa* eſſe queat, quæſtionis eſt non inelegantis. Et olim quidem ex jurisdictione & poteſtate Magiſtratus plane non pependit, Matrem liberis ſuis tutricem conſtituere, quippe quod LL. fœminas in genere à virili eo munere directo excludentibus contrarium erat, *l. f. ff. d. tut. l. 26. d. ff. d. teſt. tut. l. 1. ∫. 1. ff. d. conf. tut. l. 18. C. d. Proc. l. 1. C. qn. mul. tut. off. fung.* quibus obtemperare, non contra niti illum tanquam nudum eorum miniſtrum & executorem decebat: Princeps tamen aliquando qs. diſpenſando contra LL. prohibitivas Matrem ſpecialiter poſtulantem admiſit, uti patet *ex d. l. f.* Succeſſu verò temporis Magiſtratui permittebatur Matrem certis conditionibus liberis ſuis tutricem dare *l. 2. l. f. C. qn. mul. tut. off.* ex quo omninò materna tutela dativa recte dicebatur. Spectatiſs. h. t. Decan. Dn. D. MAJER. *in Comment ad Inſt. tit. de legit. agn. tut. p. 254.* Tandem verò jure Novellarum, cœpit eſſe legitima, *N. 118. c. 5.* exinde cum Matri

& Aviæ, deficientibus tutoribus teſtamentariis, aliisque potiori, jure gaudentibus, immediate ex ipſa lege tutela hodie competat, Magiſtratus dationi, quà tali, & quatenus eſt Tutelæ cauſa conſtituens, auſpicium atque ſubſtantiam ei largiens, nullus locus ſupereſſe poteſt, tum quia Matre præterita alium ex ſuo arbitrio conſtituere nequit, ſed illi tutelæ adminiſtrationem decernere debet, *d. Nov. 118. c. 5. & auth. Matri C. qn. mul. tut. off.* quod ipſum factum eſt Magiſtratus non de novo tutricem dantis, ſed ipſo jure jam exiſtentem confirmantis, & ad exercitium ſ. adminiſtrationem actu admittentis, quo ipſo tutela ſuà naturâ legitima ne hodie quidem mutatur in dativam, ſed quæ legitima eſt, quæve teſtamentaria, illa talis omninò manet. *R. I. de anno 1584. tit.* von Pupillen. §. daß auch ein jeglicher. MEV. *p. 8. d. 90.* tum etiam quia, ſi mater nolit, Magiſtratus eam cogere nequit, ut actu tutelæ munus ſubeat, *l. 2. & 3. C. qn. mul. tut. off.* unde hæc tutela non juſſa aut Imperativa, ſed permiſſiva dicitur *per auth. Matri.* ibi: *ſubire permittimus. C. eod.* PHIL. DEC. *conſ. 16. n. 2.* CARPZ. *p. 2. d. 122. n. 11. & in tr.*

de

de jur. fœm. ſing. dec. 2. poſ. 1. n. 24. non neceſſaria, ut aliæ, ſed voluntaria, JOH. VINCENT. HONDED. *vol. 2. p. 2. Conſult. 23. n. 17.* Unde efficaciâ jurisdictionis hac in parte Magiſtratui conceſſæ quoad perſonam Matris omninò quieſcente, quippe quæ alioqui potiſſimum conſiſtit in facultate cogendi ad hoc munus renuentes atque invitos, *arg. l. 214. ff. d. V. S. l. 1. ʃ. 4. l. fin. ʃ. 1. ff. d. mun. & bonor. l. 5. ff. de tut. & Cur. dat. l. 1. ʃ. 2. ubi pupill. educ. deb.* quieſcere & ipſam talem dationem à Magiſtratu faciendam, aut tutelam dativam maternam non ſine ratione judicatur, vid omninò BACH. *ad Tr. 2. d. 8. th. 3. lit. E.* ſcribens, decretum Judicis, cum hic neceſſitare non poſſit, pro deſignatione quadam vel admonitione potius habendum eſſe.

Th. XIV.

2. à *Subjecto*: cujus intuitu tutela materna Nobilium immediatorum alia eſt *tutela in ſpecie* ſic dicta, quæ eſt pupillorum pupillarumve, *arg. pr. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Alia *Cura* ſ. *Curatela*, quæ eſt regulariter minorum 25. annis. *arg. pr. Inſt. de Cura-*

 tor.

tor. aliquando verò & ætate majorum, furioſorum mente captorum & prodigorum, *arg. ʃ. 3. I. eod.*

Th. XV.

3. Ab *Objecto:* hujus contemplatione tutela & cura hæc eſt vel rerum, *allodialium* tantum, vel etiam inſimul *feudalium*, quarum adminiſtratio an & quo jure Matri aut Aviæ tutrici aut Curatrici permiſſa ſit infra th. 25. penitius inquirendi locus erit.

Th. XVI.

4. à *Fine:* Hac ratione alia eſt tutela, quæ Matri aut Aviæ defertur *administrationis gratia*, quem in finem uti ordinariè aut regulariter tutores dantur, *t. t. ff. & C. de adm. & peric. tut.* ita & Matri & Aviæ tutelam liberorum ſuorum ſuſcipere volenti idem adminiſtrationis onus regulariter incumbit. *Nov. 118. c. 5.* in verbis: *gubernationem ſubſtantiæ* & ſimilibus ibid, & *Nov. 22. c. 40.* alia quæ *in alium finem* ei concreditur haut conjuncta, cum onere adminiſtrationis, actualiter ab ipſamet ſubeundæ: veluti, quæ unicè reſpicit *educationem & directionem perſo-*

narum

narum pupillorum &c. ſepoſito bonorum diſpenſandorum reſpectu; *vid. l. 1. & 2. C. ubi pup. educ. deb.* CARPZ. *de Jur. fœm. ſing. dec. 2. pos. 7. n. 20. ſeqq.* COCCEJ. *de tut. Illuſt. ſect. 3. ſ. 12.* BETS. *de pact. fam. illuſtr. p. 257.* aut hoc etiam attento, quæ Matri conceditur vel *notitiæ cauſa tantum, ad inſtruendos contutores adminiſtrantes. arg. l. 14. ſ. 1. & 6. de ſolut.* vel ſaltem *honoris ergò*, ut Inſpectrix, Obſervatrix & cuſtos ſit aliorum, *l. 3. ſ. 2. ff. de adm. & peric. tut. junct. N. 118. c. 5. N. 22. c. 40. l. 2. & 3. C. qn. Mul. tut. off.* Neque enim dubitamus, quin & honoraria tutrix liberorum ſuorum Mater eodem jure eſſe queat, ac tutelæ actualem adminiſtrationem ſubire, eadem utrobique valente ratione innatæ in liberos affectionis tenerrimæ, indeque ſecuturæ pro eorum ſalute fidiſſimæ curæ, ſollicitudinis atque vigilantiæ B. Dn. D. LAUTERB. *de bon. tut. th. 16. n. 1. ſeqq.*

Th. XVII.

Tutelæ maternæ Nobilium immediatorum origo quidem principiis Juris *naturalis*, tenerrimum iſtum in liberos amorem, affe-

ctumque eos ſovendi, protegendi, tuendi atque defendendi tenaciſſimum Parentibus ſimpliciter & indiſcriminatim inſtillantis atque imperantis, *l. 1. ſ. 3. l. 3. ff. de I. & I. l. 6. C. qui pet. poſs. tut.* haudquaquam, uti nec alterius generis tutela materna, diſconvenit. *arg. §. 6. I. de Attil. tut. l. 1. pr. ff. d. minor.* vid. PHIL. DEC. *conſ. 16. n. 2.* moratiorum quoque præprimis Europæorum, & in ſpecie Germanorum, populorum *frequentiſſimo uſu* propterea vel maxime conſtabilita, etiam quoad perſonas Illuſtriores & vel principali planè atque regali dignitate præeminentes, quam in rem infinita ferè exempla congeſta reperies ap. SCHRAD. *de feud part. 10. ſect. 19. n. 25. ſeqq.* EYBEN, *de tut. fœm. p. 2. m. 4. n. 19. & m. 6. n. 2. ſeq.* RINGLER. *de tut. illuſt. c. 1. §. 7. & plures ibidem alleg.* Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. Imp. c. 2. §. 4 & plur. ſeqq.* ubi copioſiſſime. Quatenus verò ea ipſa certis terminis circumſcripta, ſpecialiter informata atque ad eum, in quo nunc ut plurimum cernitur, ſtatum determinata exiſtit, rectius, *Juri civili aut poſitivo* adſcribitur, eique tum *Romano*, eam quidem ab initio non ſine prægnante

nante ratione prohibenti, poſtea verò ſingulariter eam, aliis atque aliis quidem gradibus, introducenti atque ſalutaribus conſtitutionibus pro praxi moderna optimè regulanti atque confirmanti *l. f. ff. d. tut. t. t. C. qn. mul. tut. off. l. 6. C. ad SCt. Tertull. Nov. 22. c. 40. Nov. 89. c. 14. Nov. 94. c.* 1. *Nov.* 118. *c. 5.* vide omninò ſupra *th. 13.* tum & *Germanorum* placitis, moribus atque conſuetudinibus noviter hinc inde ſtatuto atque recepto. Proſtat hanc in rem Conſtit. Politica Ducum Megapolenſium ſub rubr. Vormundſchafft. §. Im Fall auch. quâ expreſsè diſponitur matrem, in reſpectu bonorum feudalium filiorum ſuorum tutricem legitimam eſſe poſſe. Firmat eandem & frequentior uſus exemplis quamplurimis corroboratus, de quibus atteſtantur ROSENTH. *de feud. c. 12. concl. 10. n. 20. ſeqq.* SCHRAD. *de feud. d. ſect.* 19. *n. 28.* & Authores modo allegati, probant quoque in ſpecie ratione immediatorum Nobilium præjudicia etiam Cameræ Imperialis, quibus nititur. KNIPSCHILD. *de Nob. l. 3. c.* 17. *n.* 17.

Th. XVIII.

Cauſa introducendæ contra communis juris regulas atque variis modis conſtabiliendæ tutelæ maternæ uti in aliis omnibus, ita & in Nobilibus immediatis, præcipua ſuit innata affectio, qua liberos ſuos omninò proſequi, commodisque eorum invigilare, & proſpicere communiter adamant atque ſæpius æſtuant, *l.* 14. *C. de his, qui accus. non poſſ. Nov.* 94. *c.* 1. frequentiori omninò ſtudio atque Zelo, quam præſupponi poſſit in ullis aliis cognatis erga cognatos pupillos. MATTH. STEPH. *in comm. ad N.* 94. *n.* 4. quos propterea etiam facilè vincit & præcedit in ſubeundo tutelæ munere, ſicubi ipſi lubet, *Nov.* 118. *c.* 5. HARPPR. *ad pr. I. qui teſt. tut. dari poſſ. n.* 9. RICHTER. *ad auth. Mat. & Aviæ. C. qn. mul. tut. off. fung. n.* 4. Huic tamen ſuccenturiari ſuo modo poteſt ratio deprompta ex ſpe & emolumento ſucceſſionis, unde alias argumentum ducitur pro devolvendo regulariter in eum tutelæ onere; in quo proximior ſpes ſuccedendi. *§.* 7. *I. de capit. dem §. un. de Leg. Patron. tut.* quam nec ipſe Imperator in hac materia plane ſusque deque habet *in Nov.* 118. *c.* 5.

ſtatuens

ſtatuens Matri & Aviæ ſecundum hereditatis ordinem liberorum ſuorum tutelam ſubire permitti.

Th. XIX.

Conſtituitur autem Mater & Avia in tutricem liberis ſuis immediatis Nobilibus vel *Parentis voluntate* & electioee, vel *Juris immediata diſpoſitione.* Parentis proviſione matri tutela contingit, quando Pater vi patriæ poteſtatis liberis ſuis mortis tempore in poteſtate patria exiſtentibus. *ſſ. 3. I. de tut. l. 40. in f. ff. de admin. tut.* eam tutricem nominat atque conſtituit in teſtamento ſuo, vel Codicillis teſtamento confirmatis *d. ſſ. 3. I. d. tut. l. 3. pr. ff. de teſt. tut. l. 1. ſſ. 1. l. 3. ff. de conf. tnt.* Quamvis enim & ſi Pater ultimum elogium non condidiſſet, aut, hoc quidem ordinato, de tutoribus liberorum ſuorum nil caviſſet, Mater tamen ex ſola juris proviſione, etiam ſine facto Patris, exiſteret liberis ſuis legitima tutrix, hoc modo tamen fit *teſtamentaria*, cum beneficio illius ordinationis proviſionem legis ceſſare facientis *l. 3. C. de teſtam. tut.* iſtam tutelam omnino conſequatur, defuncti voluntate & electio-

electione merito & hic prævalente. *Novell.* *118. c. 5.* effectumque ſuum uti alias in alio tutore teſtamentario, ita & hîc quà legatum oſtendente per *l. 32. ff. de excus. tut.* BURSAT. *conſ.* 130. *n. 1.* ubi quod ſtatutum Mantuanum matrem tutricem datam in teſtamento Patris privet legato in eo ipſi relicto. Vid. quæ in ſimili, ratione heredum in teſtamento ſcriptorum, qui alias citra iſtam diſpoſitionem ab inteſtato heredes extituri fuiſſent, propoſuit RITTERSHUS. *in comment. ad Nov. part. 8. cap. 2. in fin.* Et dari tutelam maternam teſtamentariam plurium DD. teſtimoniis atque exemplis probatur, Alex. *3. conſ. 109. n. 1.* ubi refert ſtatutum diſponens, quod quando extet Mater vel Avia, quibus ex *teſtamento*, vel à lege tutela defertur, præferantur aliis legitimis vel dativis tutoribus DIDAC. SPINO, *in ſpec. teſt. gl. 29. n. 10. ſeqq.* BOCER. *dec.* 124. *n.* 1. *ſeqq.* ubi quibus verbis mater tutrix teſtamento data intelligatur, quo etiam refert, ſi teſtator ſcripſerit ſe relinquere in *poteſtate*, *in manibus* matris, & id genus congrua alia verba ANT. PIAGG. *de tut. & cur. qu.* 7. *n. 40.* MATTH. MATTHESILAN. *ſing. 108.*

&

& frequentiſſimam eam eſſe hodie etiam, inter Reges, Principes, aliasque illuſtres perſonas exempla corroborant, quorum quam plurima recenſet Dn. STRYK. *de tutel. mat. Princip. cap.* 2. *theſ. 13. ſeqq. plur.* Neque verò dubium eſt, quin Pater Nobilis Immediatus perinde ac alius quivis alios nominando tutores matrem ab iſta legitima tutela vel extraneum planè præferendo excludere potuerit, *d. Nov. 118. c. 5. & auth. Matri & Aviæ C. qn. mul. tut. off. fung.* dicimus autem *nominando alios*: quia ſi Pater alios tutores liberis ſuis non dederit, ſed ſaltem prohibuerit, ne Mater & Avia tutrix ſit, hæc nuda prohibitio has ipſas excludere minime valet, cum hîc alterutrum, electio ſcil. Patris, quâ alium tutorem deſignat, deficiat, quam tamen *& Nov.* 118. *c.* 5. una cum voluntate, aut diſpoſitione Patris, ad id ut mater vel avia excluſa intelligatur, expreſsè præſupponit, iſtam ſaltem præferendam hac in parte voluntatem ſtatuens, quæ & electionem ſ. conſtitutionem alterius alicujus tutoris in ſe habet, in verbis: *defuncti namque voluntatem & electionem præponi volumus*: copulative hæc duo notanter jungentibus:

ſine

ſine qua electione ne quidem concipi poteſt teſtamentarius tutor, qui ſolus tamen matri aut aviæ præferendus eſſe dicitur *in d. c. 5.* quam ſententiam aliis quoque rationibus ſuffulcit HARPPR. *ad pr. I. qui teſt. tut. dar. n. 23. ſeqq.* & communior DD. calculus corroborat. BALD. 2. *conſ. 308. n.* 2. MONTANUS *de jur. tut. c. 7. n. 29. & 30.* PETR. PECK. *de teſt. conj. l. 2. c. 16.* HEIG. *p. 2. q. 13. num. 24.* TREUTL. *vol. 2. d. 8. th. 3. lit. a.* CZ. *de jur. fœm. ſing. dec. 2. pos.* 1. *n. 19. ſeqq.* JOH. DILECT. DURANT. *de art. teſt. tit. 2. caut. 1.* & ex eo BREDEROD. *in Evremat. ſ. tr. de cautel. p. 491. n.* 2. B. Dn. D. BARDILI *in concl. theor. pract. ad 25. poſter. ff. libr. Ex. 1. th. 12.* Fruſtra repugnante & contrariam ſententiam probabiliorem exiſtimante BACHOV. *ad Treutl. d. l.* qui tamen *in fin. ibid.* hanc ſuam ſententiam temperat, ſcribens, quod ſi evidentia rei Matri patrocinetur, i. e. ſi conſtet de optima ejus in liberos affectione, & habilitate ad ſuſcipiendam tutelam prærequiſita, non invitus ipſe conceſſurus ſit eam admitti poſſe, non obſtante patris prohibitione, quæ præſumtionem affectionis tollere & matrem inhabilem

habilem arguere videtur. Ratio reddi poteſt hæc, quod nemo magis perſpectum habere matris genium queat, quàm ex quotidiana iſta converſatione & cohabitatione ipſe Maritus Pater: in quam ſententiam etiam ex eadem ratione tranſit CARL. SCHARSCHMID. *in Ex.* 16. *ad N.* 94. *§.* 8. ſtatuens, ſi Pater in teſtamento prohibuerit matrem adminiſtrare tutelam, nec tn. alium tutorem dederit, *ſi non ex injuſto odio prohibuit*, matrem haud eſſe admittendam. Sed & in eo caſu ubi Pater ex non injuſta aliqua cauſa, fortean ſi crediderit matrem facilè tranſituram eſſe ad alias nuptias, extituram eam liberis indulgentiorem quam par eſt, aut ſimili alia prohibuit, ne mater admittatur, & tamen alium tutorem dare neglexit, Matris cauſam potiorem haberi debere ex generalitate textus *Nov.* 118. *c.* 5. & inde indiſtinctè quæſito jure, modo habilis ſit, & renunciet ſecuturis nuptiis, aut alias præſtanda præſtet, omninò colligere licet. Exinde etiam facile judicari poteſt, quid ſentiendum ſit de hac facti ſpecie, quando Q. An ſi Maritus in teſtamento ſuo liberis ſuis uxorem tutricem dedit, ſed tamen poſtea clauſulam illam teſta-

teftamenti iterum delevit, illa eo ipfo exclufa intelligi debeat? Equidem BARTOL. *ad l. Miles* 11. *ʃ. fexaginta 6. ff. ad L. Jul. de adult. n. 3. arg. l. 2. ff. de his quæ in teft. del.* diftinguit, & ftatuit, quod fi Maritus deleverit eo faltim fine ut *inteftatus* potius quantum ad illam tutelam decederet, Matrem à legitima tutela non excludi: Si verò ea intentione deleverit, ut *indignam declaret* Uxorem aut Matrem, ab ea exclufam intelligi debere: Nos vero eam quæftionem fimpliciter negamus, & ne quidem in cafu ubi Maritus eam teftamenti particulam ea intentione delevit, ut indicaret uxorem à fe indignam reputari ad fubeundam liberorum tutelam, hanc folam deletionem, fi datio tutoris alterius omiffa fit, fufficere cenfemus ad Matrem protinus à tutela legitima repellendam, quippe quæ ipfi beneficio legis competit, quæque propterea judicio Mariti nude prohibitivo, non adeò facile ademta cenferi poteft aut debet PETR. PECK. *de teft. conj. d. l. 2. c. 16. in fin.* Quid vero fi Pater Nobilis immediatus, gaudens poffeffione bonorum feudalium, aliorumque fideicommiffo familiæ affectorum, in mafculos faltem devol-

devolvendorum non in genere *liberis ſuis*, ſed ſpecialioris appellationis *filiis ſuis*, ſeinen Söhnen, teſtamento tutores præteritâ matre dederit, utrum hoc caſu & quoad tutelam *filiarum* mater excluſa haberi debeat? Et quamvis alias in *theſi* datio tutorum à Patre facta filiis ſuis etiam pertineat ad filias per textum expreſſum *in l.* 16. *pr. ff. de teſt. tut.* MONT. *d. tr. c.* 12. *n.* 13. *ſeqq.* in hac *hypotheſi* tn. negativam probabiliorem & humaniorem judicamus. Pater enim dando hoc modo tutores videtur diſtinctam rationem habere voluiſſe tutelæ filiorum & filiarum, & in illa magis reſpexiſſe ad perfectiorem & magis providam talium bonorum, ad ſplendorem & conſervationem familiæ Nobilis facientium, & ad filias non pertinentium adminiſtrationem, aliis tutoribus potius, quam Matri, ad iſtarum rerum gubernationem non ubique adeo pari, committendam, *in hâc* verò tanquam ab illa quoad rationem & educationis & patrimonii diſpenſationis plane ſeparata, facilius à matre ſuſcipienda, maternæ affectioni eum reliquiſſe locum videtur, quem ipſi leges noſtræ propitium in modum tribuendum eſſe exiſtimarunt: argumento

 eorum,

eorum, quæ ediſſerit Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. Imp. c. 2. ∫. 34.* add. MONTAN. *d. c. 12. n. 17.* ubi ex Decio, Alexandro, aliisque tradit, quod, ſi Patris diſpoſitio de filiis tantum loqueretur, vel quando ſumus in materia differenti quoad tutelas, vel ex ſtatuto, vel ex mente teſtatoris, ad filias non debeat porrigi. Sane ſi Mater teſtamento tutores dederit liberis ſuis, hæc datio quidem ex ſe jure non valet. *l. 2. ff. de conf. tut. l. 4. C. de teſt. tut.* Magiſtratus tamen confirmatione ſive ex neceſſitate, veluti ſi Mater liberos inſimul & heredes inſtituerit. *l. 4. ff. de teſt. tut. l. 4. C. de conf. tut.* ſive ex arbitrio & *voluntate* ejus, ſi Mater eos heredes non inſtituerit *d. l. 2. ff. de conf. tut. l. 4. C. de teſt. tut.* accedente ſuſtinetur *dd. LL.* vid. MONTAN. *de jur. tut. c. 8. num. 37. ſeqq.* ſine qua confirmatione eo modo datus tutor ne hodie quidem tutor erit. HOPP. *in comment. ad ∫. 5. I. de tut.* Excell. Dn. SPITZ *in diſſ. de tut. confirm. c. 4. ∫. 11. ſeqq.* Siquidem iſta datio à Matre facta non jure teſtamentatiæ diſpoſitionis conſiſtit, ſed ſecutæ confirmationis, tutori à Matre nominato primum eſſe dantis, illumque tutorem dativum

effi-

efficientis, ſecundum veriorem ſententiam per *l. 26. §. fin. de teſt. tut. l. 16. pr. ff. de curat. fur. dand. l. 3. ff. de conf. tut.* perque ea, quæ recte diſſerunt Dn. SPITZ. HOPP. *dd. ll.* HARPPR. *ad §. 5. I. de tut. n. 21.* Excell. Dn. PRÆS. *in poſit. controv. ad lib. 1. Inſt. §. 9.* ubi & DD. in diverſa abeuntes citantur: idque etiam obtinere in matre Nobili immediata non ambigimus vid. RINGLER. *de tut. illuſt. c. 2. §. 1. pag. 58.* ubi quod etiam moribus Germaniæ Mater vel Avia Illuſtris tutorem vel curatorem teſtamento dare poſſit liberis ſuis, quos maternâ affectione, & ſingulari benevolentiâ, curâ ac ſollicitudine proſequitur, & ſicuti jure Romano ita & hodie defectum iſtum quo laborat iſta datio & ordinatio parentum, qui liberos ſuos non habent in poteſtate patriâ, ſanet confirmatio Magiſtratus competentis: teſtimonio ſane locupletiſſimo judicium & conſilium Parentum utriusque ſexus benè ſanum Legislatoribus & Magiſtratibus in magno haberi æſtimio: unde etiam quem Mater in ultimo elogio ſuo tutorem dari vetuit, contra id tamen admiſſus abire iterum à tutela debet, ſed ſalva exiſtimatione, niſi fraudem in

tutela comisisse convictus fuerit. *l. un. C. si contr. matr. volunt. tut. dat.* Hoc vero eo extendere si quis vellet, ut Materno testamento Aviam s. maternam s. paternam eodem jure pro arbitrio matris disponentis, excludi posse statueret, ac paterno elogio ultimo, Matrem aut Aviam exclusam modo accepimus, & porro audiemus, ei non facile assensum nostrum præberemus. Patri enim etiam adhoc, ut nominando alios tutores excludere matrem & aviam possit, patrocinatur tum impensissimus ille affectus paternus, quem nullus alius vincere dicitur *in l. 7. pr. C. d. curat. fur. l. 28. §. 3. ff. de liber. leg.* & stabile atque rectius illud judicium, quo non tantum optimum pro liberis consilium capere præsumitur *l. 3. §. 1. ff. de admin. & per. tut. l. 22. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Sed & in genere personarum conditionem atque mores omnium optime dijudicare atque æstimare potest, quod virilis animi esse dicitur *in l. fin. §. fin. ff. qui pet. tut.* tum & jus patriæ potestatis, vi cujus maximè ipsi hæc facultas permissa est *§. 3. l. de tut.* cujusque intuitu præprimis Matrem atque Aviam ejus dispositioni quoque cedere

leges

leges juſſiſſe videntur *Nov. 118. c. 5.* Unde etiam Mater contra voluntatem patris, alium tutorem deſignantis, utut in teſtamento minus ſolenni, nunquam admittitur, ſed ita à patre, utut non legitimè datus, confirmatus tamen, præfertur non tantum aliis legitimis, ſed & ipſi Matri, perinde ac teſtamentarius, cui in effectu taliter datus ac confirmatus æquiparatur, *l. 3. ff. de confirm. tut. l. 2. C. eod.* BARTOL. *ad auth. Matri vel Aviæ C. qn. mul. tut. offic. num. 18.* PHIL. CORN. *vol. 2. conſ. 168. n. 12. & 13.* ALEX. *1. conſ. 140. n. 4.* ubi quoad cæteros legitimos communem hanc atteſtatur opinionem, à qua nec in judicando recedendum, indeque eadem ratione argumentatur ad matrem atque aviam excludendam. MONTAN. *d. tr. c. 13. n. 5.* Sed pro matre, utut quidem etiam militet tenerrima illa affectio, quà impotenter ſæpius liberos ſuos adamat, quæque etiam tutelæ maternæ introducendæ cauſam dedit vid. ſupra *th. 18.* implicita tamen eſt inſimul ſexus & judicii imbecillitate atque fragilitate, quà non tam provide liberis in tutore maxime præ aviâ ad hoc ipſum munus lege deſignatâ deligendo proſpicere valet

atque Pater *l. 2. ʃ. 2. ff. ad Sct. Vellej. l. 22. C. eod. l. 4. in f. C. de ſponſ.* HARPPR. *ad. ʃ. 5. I. de tut. n. 18.* eleganter MONTAN. *d. tr. c. 15. num. 122.* ubi quod mater quidem vehementius, at Pater conſtantius & maturiori judicio amet: inſuper quæ eſt præcipuum iſtud teſtamentariæ tutelæ fundamentum, patria poteſtas in ejus perſona deficit. *ʃ. 10. I. de adopt.* qui defectus quoque maxime in cauſa eſſe videtur, cur ne veſtigium quidem ullum in LL. noſtris inveniatur iſtiusmodi alicujus diſpoſitionis, quæ eandem matri in præjudicium aviæ tribuiſſet prærogativam, quam idultam legimus Patri in præjudicium Matris atque aviæ. Neque verò contrariam defendentibus ſententiam firmum aliquod hactenus præſidium erit *in auth. Matri atque aviæ C. qu. mul. tut. off. & Nov. 118. c. 5.* in verbis: *teſtamentariis ſolis tutoribus præcedentibus:* junctis iis quæ antea de datione paternâ, modo non legitimo factâ, confirmatâ tamen, & proinde quamvis in ſe & formaliter loquendo dativâ, & minime teſtamentariâ, hujus tamen naturam, etiam in ſpecie ratione prælationis, ſapiente diſſeruimus. Imperator enim in

d. Nov.

d. Nov. 118. c. 5. Matri atque Aviæ non præfert tutores teſtamentarios indiſcriminatim omnes, ſed *reſtrictivè* eos tantum, qui ſunt ſive verè tales, ſive naturam ſaltem horundem imitantes *ex ultimo Patris judicio atque elogio.* Quod innuunt verba per particulam quidem *cauſativam* adjecta: *defuncti namque voluntatem atque electionem præponi volumus:* ex quibus vocabulum *defuncti* reſpectum hactenus ad matrem involvere minime poteſt, cum utraque perſona & Matris & Aviæ iſta ſint ſubjecta principalia, de quibus *d. c. 5.* æque principaliter agit, & in quorum favorem ſingulare illud jus introductum eſt, ita quidem ut judicentur ex pari, nullaque Matri præ Avia hoc in articulo prærogativa ſit, quam ſaltem ex ordine ſucceſſionis, non ultra: cum contra patri præ matre atque avia & hîc & alibi quoad liberorum ſuorum tutelam præcipui plurimum ex LL. noſtris ſuperſit, vid. MONT. *de jur. tut. c. 15. n.* 115. *ſeqq.* jung. rationes modo adductæ: addantur quæ in ſimilibus de matre tutrice ad ſecunda vota tranſeunte, certosque tutores liberis ſuis petente, ſtatuit ANG. ARET. *ad Inſt. tit. de legit. patron. tut. n.* 7.

ubi quod regulariter in arbitrio Magiſtratus ſit, petitos à matre dare, vel alium eligere, de quo etiam BARTOL. *ad auth. ſacramentum C. qn. mul. tut. off. fung. n. 4.* Secus autem ſi avia ſit in medio, tunc enim aviam præferri petito à matre vel aliis dativis, atque legitimis verius judicat idem ANG. *d. l.* & ad eundem modum reſpondit CURT. *conſ. 46. num. 8. ſeqq.* add. BETS. *de pact. famil. Illuſt. pag. 255. ſeqq.* Conf. tamen MONTAN. *d. tr. c. 8. n. 40.* ubi modum & cautelam à DD. commendatam proponit hanc, vi cujus mater vel ipſi patri, vel tutori ab ipſo dato, quem ſuſpectum habet, adminiſtrationem bonorum ad liberos pertinentium adimere, & in alium à ſe nominatum transferre poterit: np. ſi in teſtamento ſcribat ſe hoc facere, ut melius filio conſulatur, & quem velit tutorem dare, heredem inſtituat, & roget, ut filio ipſius teſtatoris, cum is ad pubertatem venerit, hereditatem plene reſtituat, & interim ex fructibus filio alimenta preſtet; ut hoc modo ſcriptus heres ſit nudo nomine, & adminiſtret quamdiu filius impubes, & facto puberi hereditatem reſtituat, cum fructibus preceptis nullâ etiam deductâ

Tre-

Trebellianicâ, per textum ſing. in *l. 3. ſ. 3. ff. de uſur. & ibid. alleg.* Quod ſi verò mater in ultimo elogio liberis ſuis in tutricem dederit ipſam aviam, quia circa iſtam denominationem iſta tutela lege illi debetur, eam quæ hîc accedit confirmatio, ordinariam ſuam naturam tutelæ auſpicatricem, quâ regulariter prævalet in caſu tutoris in teſtamento non jure dati, non retinere, ſed induere ſe in formam confirmationis exercitium tutelæ aliunde delatæ nudè decernentis, per conſequens nec in hoc exemplo ſpeciem quandam tutelæ maternæ dativæ, quam de jure noviori ſupra *th. 13.* negavimus, occurrere omnino dicendum eſt.

Th. XX.

Uti verò Parentis proviſio & voluntas teſtamento, aut codicillis eo confirmatis, declarata tutelam maternam, diſpoſitionis legalis efficaciam anticipando, conſtituere valet, quod ex modo deductis jam ſatis manifeſtum eſſe cenſemus, ita non minus hodie per frequentiora, quæ obveniunt, exempla uſu forenſi & practicà rerum moderatione eorum maxime, qui authoritatem inſtar legis

alicujus valituram iis ipſis, diſpoſitionem talem ſequendo ac exequendo, conciliant confirmata, certo certius eſſe arbitramur, matri atque aviæ etiam Nobili immediatæ recte delatam dici tutelam maternam proviſione & voluntate Parentum pactis dotalibus, aut id genus aliis, ſive in modum ultimi elogii, ſive contractus factis, etiam in anteceſſum in ſolam ſpem ſuſcipiendæ prolis, utrinque declarata, matri aut aviæ ſive ſoli, ſive cum adjunctione aliorum, hoc munus, hanc curam atque ſolicitudinem concredente. Extra omnem ferè addubitationis aleam hoc collocant, non tantum ea rerum momenta *ſupra th.* 13. expoſita, atque teſtimonia in praxi verſatiſſimorum DDr. hoc adſtruentium veluti in genere de pactis *gentilitiis* HEIG. 2. *q.* 13. *n.* 3. 4. & 5. non minus & in genere de pactis *ſucceſſoriis*, & in ſpecie *confraternitatis.* Dn. STRYK, *de tut. mat. Princ. Imp. c.* 2. *ſſ.* 32. BETS. *de pact. fam. illuſtr. p.* 256. ubi Suaſor exiſtit, ut familiæ illuſtres pactis ſ. ſtatutis ſuis familiaribus de liberorum tutela proſpiciant, in ſpecie ne vitricus à matre hactenus tutrice ſuperinductus ad tutelam aut educationem admittatur. Sed &

ex

ex identidem in ſpecie inter Nobiles Immediatos reiterato uſu enata experientia. Pro probanda hac ipſa in promptu nobis eſt exemplum pacti dotalis inter Dominum Philipp. Albertum de Liebenſtein, & Dominam Sophiam Margaretham de Jaxheim, An. 1671. Feictwangæ initi, cujus tenor hanc in rem pro matre contutrice ita conſtituenda h. m. ſonat: Wann aber offtgedachter Herr von Liebenſtein, vor ſeiner Gemahlin mit Tod abgienge, und eheliche Kinder von ihrer beeden Leiber gebohren hinterlieſſe, ſollen ſolche von beederſeits Freundſchafften bevormůndet werden, die **Mutter aber Mit-Vormůnderin ſeyn**, bey den Kindern verbleiben, Ihnen ehrlich hauſen, ſelbige zur Gottesfurcht erziehen, und von denen darzu verordneten Vormundſchafftlichen Bedienten geſammter Vormundſchafft jåhrliche ordentliche Rechnung abgeleget werden, oder wann ſie ſelbſten davon abſtehen wůrde, oder Herr von L. in ſeinem Leben deßwegen andere Verordnung thun wird, ſie mit Hintannehmung deß Ihrigen ſich contentiren laſſen ſolle. *& ſſ. ſeq.* Wann ſich aber obgedachte Frau S. M. V. I. **anderwårts wiederum verehlichen wůrde**, ſolle ſie von ſolcher adminiſtration abſtehen. Suppetit & aliud exemplum

plum pacti dotalis inter Dn. Johannem Fridericum Franciscum Sturmfeder von und zu Oppenweiler, & Dominam Catharinam von Auwach Lauterburgi Anno 1672. erecti, in quo verba hujus rei dispositiva, eorumque contextus solam matrem liberorum suorum tutricem constitutam arguunt atque exhibent: ibi: Da es sich nun (7). begebe daß Herr J. F. F. S. vor J. M. C. A. Todes verfahren und eines oder mehr eheliche von beeder Leib gebohrne Kinder hinterlassen würde, so soll dieselbe ebenmäßig so lang sie Ihren Witthumstand nicht verruckt, in denen Häusern, Herrschafft und Gütern, einen freyen und ruhigen Besiz Leibzüchtiger weiß haben und behalten, dieselbe gebrauchen, nuzen und niessen, auch dessentwegen keine Rechnung thun, ohngehindert der Kinder und sonst männigliches; Dargegen aber Ihre Kinder hievon in Adel. Tugenden und Sitten ehrbahrlich unterhalten, aufziehen, und zu seiner Zeit nach gestalt der Personen mit Rath beederseits Freundschafft zu geist, oder weltlichen Stand verhelffen: *jung.* §. Im Fall dann mehr gedachtes Fräulein M. C. Ihren Herrn J. F. F. überleben und zwar Kinder von Ihnen beeden erzielet, vorhanden seyn, Sie aber Ihren

Witthumstuhl verrucken, und sich wiederum verändern wird, so soll Ihro, alsobald sie Ihren Kindern Vormünder erbetten und sezen lassen, folgen, und werden &c. Conf. BOËR. *dec. 124. n. 3. & seqq.* ubi ex Baldo & aliis tradit, quod talia verba: *facio vel relinquo uxorem meam Dominam administrationem & usufructuariam*, sonent quoddam Imperium circa administrationem, & ponant quasi dominabilem administrationem; i. e. generalem & liberam administrationem. PAUL. de CASTR. *ad L. sed si hoc, 62. §. fin. ff. de cond. & demonstr. n. 2.* ubi notat, quod qn. mater jubeatur morari cum liberis censeatur ipsi à Patre attributa cura liberorum & sic administratio, uti loquitur, personarum & bonorum. Illud sane non refert, an matri adjungatur in contutorem Nobilis immediatus, an alius s. nobilis, s. ignobilis probatæ virtutis, eruditionis aut prudentiæ encomio qui commendatus est aut excellit, utut Imperatori atque Imperio mediatè saltem subjectus sit: compilator præjudiciorum CAMER. apud GYLMANN. *in symphor. tom. 3. voc. tutela pag. 347.* ibi: Und ist darbey gesezt, quod non requiratur, daß die Vorgeschla-

schlagene Tutoren auch immediati seyn. Sic Marchionibus Badens. datus testamento tutor der Canzler, qui fuit mediatus; quamvis contrarium alio tempore quidam voluisse ibid. annotet. Et cum eo modo ut plurimum omnium optime rebus pupillorum prospiciatur, quæ præcipua disponentium cura esse debet, nullibi vero in juribus aut constitutionibus Imperii nostri hujus conditionis personæ ab ejusmodi tutelæ administratione prohibitæ inveniantur, non est quod diu hac in re hæsitemus, cum & exempla non deficiant, ubi privatus Principum aliorum Illustrium pupillorum tutor exstiterit. CARPZ. *p. 2. d. 120. per tot.* & præjudicio Facultatis Lipsiensis aliisque rationibus hoc ipsum egregie corroborans. COCCEJ. *de tut. Illustr. c. 3. §. 12. ubi in fin.* ita concludit: Sed forte tam absurdum est, hoc (an scil. personis illustribus tutor quoque non illustris dari possit,) in quo nihil dubii residet, prolixius confirmare, quam de eo dubitare. Virtus, merita, officia, quæ justitiæ ac Reipublicæ tuendæ præsunt, maxime illustrem faciunt: RINGLER. *de tut. illustr. c. 1. §. 10. pag. 34. seqq.* ubi satis copiose adductis rationibus dubitandi & decidendi.

Th. XXI.

Th. XXI.

Immediatâ juris diſpoſitione tutela materna Nobilium immediatorum conſtituta dicitur, quando iſtiusmodi matri aut aviæ, teſtamentariâ, aut hodiè quoque pactitiâ, tutelâ deficiente, hoc officium immediatè defert ſola ordinatio ſ. *legis* communis, ſtrictè ſic dictæ, *Nov. 115. c. 5.* unde & ſecundum excellentiam *legitima* audit, ſive *ſtatuti* alicujus particularis in hac vel illa provincia, in hac vel illa familia, cujusmodi ſtatuti Brixiæ obtinentis, cum jure communi concordantis, exemplum allegat, MENOCH. *de A. I. Q. caſ.* 168. *n.* 1. *13.* & *14.* & inter Megapolenſes valentis mentionem ipſi injecimus ſupra *thes. 17. Statutaria* inde quæ dici meretur BETS. *de pact. fam. illuſt. p. 255.* ſive juris *moribus atque conſuetudinibus inducti*: vid. omninò *thes. 17.* & infra *thes. 25.* quæ ſpecies omnes tamen nomine tutelæ legitimæ etiam in ſenſu eminentiori, quatenus has Jurium ſpecies pro cauſa proxima atque immediata agnoſcunt, quamvis non nihil latiori, quatenus vocabulum *legitima* ad Jus Civile *ſcriptum* & *non ſcriptum* reflectit *arg. l. 1. C. ne fidejuſſ. vel mand. dot. dent.* oppidò

dò veniunt. Et esse huic tutelæ maternæ legitimæ perinde uti inter alios ita & inter Nobiles immediatos locum, nulla quidem nos tenet dubitatio, cum & hi ipsi jure communi utantur, quando nihil peculiariter inductum exstat, teste quotidianâ experientiâ & praxi in specie quoque in hac ipsa materia, in cujus fidem non immeritò adducimus, quod nobis suppetit, tutorium & Curatorium sub authoritate & sigillo Directorii Franconicæ Nobilitatis districtus Altmühlensis, novissimè Anno 1698. Dominæ Viduæ de Wölwart &c. exhibitum: welches des Heil. Römischen Reichs Ohnmittelbahre Freye Ritterschafft Landes zu Francken Orts an der Altmühl verordnete Hauptmann, Räthe und Ausschüsse, Frau Dorotheæ Amaliæ Mariæ von Wöllwarth gebohrner von Balden, und denen nebst Ihr verordneten Mit-Vormündern, ertheilet, ibi: Gleich wie nun offters gemeldte Frau Wittib, nicht nur aus natürlicher Billichkeit, sondern auch vermöge der Rechten die nechste Vormünderin und *legitima Tutrix* ihrer verlassenen Waisen und Kindern jedoch *præstitis præstandis* ist, also hat sie auch gewohnlicher massen rc. denen *secundis*

dis nuptiis und *SCto Trebelliano* würcklich renuncirt. Et proſtat quoque adhuc hodie notabile exemplum tutelæ legitimæ à Matre Domina Maria Magdalena Vidua de Gaisberg. à Hohenſtein, nata Schertelia à Burtenbach & Mauren, Nobili Immediata ex Nobilitate Suevica Diſtrictus ad Cocharum ſolâ, ſine Concutoribus aut Concuratoribus à Directorio conſtitutis aut confirmatis, ſuſceptæ & hactenus adhuc continuatæ: quamvis Ipſa, ubi opus eſt, ſubſidium quærat in Conſiliis duorum meritis ſat Illuſtrium Equitum ab utraque linea proximorum, quos ſua ſponte hanc in rem ſibi ſelegiſſe fertur.

Th. XXII.

Quod ſi verò Mater aut Avia teſtamento, vel moribns noſtris etiam pacto, aut lege deſignata tutrix vel plane non, vel non ſola tutelæ munus ſubire vult, nullo alio exiſtente tutore ſive teſtamentario, ſive legitimo, aut exiſtente quidem, ſed id onus ſubire detrectante, vel non valente, tunc omninò Magiſtratus competens, vel ad petitionem Matris aliorumve, *l. 2. pr. ſ. 1. & ſ. 2. ff. qui pet. tut.* vel ex officio *arg. l. 1.*

M *ff. de*

ff. de Jurisd. partes ſuas interponat oportet, dando alios tutores curatoresve vel contutores & concuratores: quæ dandi tutores facultas olim nemini competiit, niſi cui ſpecialiter conceſſa fuit. *l. 6. §. 2. ff. de tut. pr. §. 4. & 5. I. de Attil. tut.* unde extraordinariæ & legalis jurisdictionis eſſe dicebatur, vid. MATTH. STEPH. *de jurisdict. l. 1. c. 4. n. 2. ſeqq.* hodie verò ordinariæ jurisdictionis eſſe cœpit, ita ut regulariter cuilibet Jurisdictionem ſaltem inferiorem, die Erb- und Niedergerichte, habenti jure Magiſtratus competat, uti communiori calculo DD. ſtatuunt & ſtabiliunt per *Reform. Polit. de Anno 1548. tit. 31. §. 1.* ibi: Wann aber nun den Obrigkeiten zuſtehet, in dem gebůhrlichs und billigs Einſehens zu haben, damit die Pupillen und minderjåhrige Kinder unbetrogen und unvernachtheilet bleiben. So wollen wir allen und jeden Churfůrſten, Fůrſten, Prålaten, Grafen, Herrn, vom Adel, und Communen hiemit ernſtlich auferlegt und befohlen haben, in ihren Fůrſtenthumen, Herrſchafften, Obrigkeiten und Gebieten, dermaſſen Verſehung zu thun, und zu verordnen, daß den Pupillen und minderjåhrigen Kindern jederzeit biß ſie zu Ihren Vogtbahren und mann-

mannbahren Jahren kommen Vormünder und Vorsteher, da die Ihnen von Ihren Eltern im Testament oder lezten Willen nicht verordnet oder Ihre angebohrne Freund und Verwandten, sich der Vormundschafft, aus rechtmäßigen Ursachen nicht unterziehen wolten, oder dazu untüglich und ungeschickt wären, gegeben werden BRUNNEM. *ad. d. l. 6. §. 2. ff. de tut.* B. Dn. D. BARD. *in concl. forens. Ex. 1. th. 18.* ANDR. GERH. *in qq. Illust. Exerc. 2. q. 12. in fin.* HOPP. & Dn. D. MAJ. *ad pr. I. de Attil. tut.* BOCER. *cl. 1. d. 14. th. 60.* STRUV. *in S. I. C. Exerc. 31. th. 29.* VITRIAR. *in jur. un. civ. ad tit. de Attil. tut. n. 2.* Hocque generali consuetudine receptum esse attestantur. STEPH. *d. l. n. 72.* FRANTZK. *1. Resol. 16. n. 4.* Quod autem aliquibus in locis, Rebuspublicis aut Civitatibus non nisi certa collegia, certique Magistratus pupillares hac facultate tantum polleant, vid. B. Dn. REBHAN. *in select. qq. Justin. dec. 4. q. 1. n. 37. seq.* Dn. COCCEJ. *de tut. Illust. sect. 1. §. 5.* Dn. SPITZ *de tut. conf. c. 3. §. 8.* id speciale est & ex dispositione subordinata pendet, regulam moderno jure receptam propterea non infringens. In specie

autem quod attinet pupillos curandosve Nobiles Imperii immediatos, his ipsis quidem dandi tutorem aut curatorem, non minus & constitutos confirmandi jus recte sibi post Imperatorem vindicat Camera Imperialis tanquam ordinarius eorum Judex. GAIL. *1. O. 1. n. 47.* GYLM. *3. symphor. voc. Tutela.* Dn. D. SCHWED. *in introd. in J. P. p. spec. sect. 2. c. 18. §. 10.* B. Dn. BARD. *d. Ex. 1. th. 17.* & ab his alleg. RINGL. *de tut. Illustr. c. 6. §. 1.* eandemque potestatem noviter d. 21. Jul. Anno 1688. clementissime à gloriosissimo nostro Imperatore Leopoldo sibi quoque speciali privilegio in pupillos & Curandos Commembrorum suorum concurrenter cum Judicio Aulico & Camera Imperiali indultam *vi & jure perpetuæ commissionis Cæsareæ* acceperunt Directoria singulorum districtuum Nobilitatis Imperii immediatæ: Verba privilegii dispositiva hujus sunt tenoris: Wann wir nun diese Ihre der Reichs Ritterschafft im Lande zu Schwaben unterthänigste Bitte der Billigkeit um so viel mehr gemäß befunden, weilen ohne dem von Unserm Hochgeehrten Herrn Vattern weiland Kaysern Ferdinando dem Dritten Höchstlöblicher Gedächtnuß

nuß derselben hiebevor in Ihrer Mitglieder streitigen Sachen einige *Jurisdiction* conferiret worden ist, solches auch zu Erleuchterung beeder Unsern höchsten Reichs-Gerichte, und gebührlicher Versorgung der armen Waisen gereichet; Hierum und aus mehr andern Uns bewegenden Ursachen von Römischer Kayserlichen Macht sezen und ordnen wir hiemit, und wollen, daß nun hinführo mehr erhohlte **Ritterschafft und jeder Ritter-Ort** insonderheit Ihrer Mitglieder unmündigter Curatel oder Vormundschafft bedürftigen Waisen **von Unsertwegen** und Unsern Nachkommen am Reich ex officio Curatores und Vormünder ernennen, sezen und bestätigen, und also dieses falls, mit Unserem Reichs-Hof-Rath und Cammer-Gericht concurriren mögen: Dergestalt, daß solche von Ihnen verordnete Curatores oder Vormündere, nach dem Ihnen, nach gebührender Prästation der in denen Rechten und Policey-Ordnung erforderten Requisitorum, von der Ritterschafft die Administration decerniret worden, inn- und ausserhalb des Gerichts, zu Beobachtung Ihrer Pflegkinder Nothdurfft, weniger nicht zugelassen und verstattet werden solle, als ob solche an unserem Kayserl. Reichs-Hof-Rath oder Cammer-Gericht gesezt und confirmiret worden wären 2c.

ren ꝛc. geſtalten Wir Ihr mehrerwehnter Ritterſchafft, zu ſolchem Ende Unſere Kayſerliche *Commiſſion* für Uns und Unſere Nachkommen am Reich hiemit ertheilet haben wollen ꝛc. Ex his ipſis ſatis conſtare arbitramur Nobilitati Imp. immediatæ facultatem dandi Tutores & Curatores, *quoad ſubditorum ſuorum pupillos curandosve* competere *vi jurisdictionis ordinariæ*, aut, ſi mavis, *jure ſuperioritatis vel jurisdictionis territorialis*, quoad *commembrorum ſuorum*, *&* *Nobilium immediatorum* pupillos & curandos verò in formam alicujus *jurisdictionis extraordinariæ*, vel ex ſpeciali conceſſione dependentis, aut potius *delegatæ* quod ſuadent iſta privilegii verba: Von Unſertwegen, und Unſeren Nachkommen im Reich: item: zu ſolchem Ende Unſer Kayſerl. Commiſſion für Uns und Unſere Nachkommen ꝛc. Vid. ROBERT. MARANT. *in Aur. prax. p. 4. diſt. 5. n. 4.* ubi ſcribit, quod, an aliquis ſit creatus Ordinarius an v. delegatus, dijudicandum ſit ex verbis commiſſionis, videlicet ſi in Reſcripto dicatur: *Procedas authoritate noſtra, vel, delego, committo tibi talem cauſam &c.* Et omninò qui jurisdictionem aliquam immediatè & principaliter

paliter jure delegationis ſibi factæ habet, aut qui ſine Magiſtratu officiove, vel hujus non habita ratione jurisdictionem alterius vice & authoritate ſibi concreditam exercet, delegatum hactenus, quamvis & de cætero ordinarius ſit, recte dici, patet ex iis quæ tradit Dn. SAM. STRYK. *de delegat. Princip. c. 1. n. 5. ſeqq.* Confer ea quæ ſupra *th. 11.* de initio & progreſſu Jurisdictionis, quam inter ſe Nobiles immediati exercent, deduximus.

Th. XXIII.

Poſſunt ad hanc tutelam vocari *Mater atque Avia* ex ſingulari quidem Jurium noſtrorum ordinatione, uti indubium eſt, *per l. 2. & 3. C. qn. mul. tut. off. & auth. Matr. & Aviæ. C. eod. Nov. 22. c. 40. Nov. 94. c. 1. & 2. Nov. 118. c. 5. jung. th. 13.* proprie omninò acceptis his verbis, vid. *th. 2.* & quidem in ſpecie illa, quæ eſt ex ordine Nobilium Imperii immediatorum, qualis reputanda eſt non tantum quæ eo ſtemmate, ſed & quæ ſata quidem ex ordine civico, Nobili immediato tn. nupta fuit per *text, l. 17. C. de dign.* TIRAQUELL. *de Nobil. c. 18. per tot.* quæ ad liberorum ex hoc ma-

trimonio ſuſceptorum tutelam æque ac alia ſanguine talis admittenda eſt. TIRAQUELL. *d. l. n. 14.* Dn. SAM. STRYK. *de tut. Mater. princ. c. 2. ſ. 42. in fin.* nullâ quoque adhibitâ diſtinctione aut differentiâ, illa Nobilis immediata an Mater ſit legitima, an naturalis tantum, quia & hæc admittitur per diſſertiſſimos textus *in l. 3. C. qn. Mul. tut. off. & Nov. 89. c. 14.* Non autem ſimul ad tutelam hanc legitimam admittuntur Mater & Avia, ſed Matre mortua, aut tutelæ munus vel nolente, vel non valente ſubire, avia demum ad tutelæ adminiſtrationem adſpirare poteſt. Ex lege enim his mulieribus hæc defertur tutela, ſecundum hereditatis aut ſucceſſionis ordinem *Nov. 118. c. 5.* uti ergo illa hanc excludit à ſucceſſione *d. Nov. c. 2.* ibi: *hos præponi jubemus, qui proximi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas*, ita & à tutela *arg. §. un. I. de legit. Patron. tut. l. 9. ff. de legit. tut.* Matre verò deficiente & extantibus Avia paternâ & maternâ, quia gradu & conditione pares ſunt, ambæ, ſicubi volunt, concurrunt in hac tutela, *arg. d. l. 9. d. Nov. 118. c. 2.* in verbis: *Si autem eundem habent gradum ex æquo inter eos heremitas*

ditas dividatur. STRAUCH. *diſſ. 5. th. 16.* & huic convenienter reſponderunt Lipſienſes apud CARPZ. *p. 2. dec. 122. circa fin.* ibi: Und in gegenwärtigem Fall nicht allein des Herrn Teſtatoris, ſondern auch Ihr als der Verſtorbenen Wittwen Mutter, und alſo die hinterlaſſenen Kinder beede Groß-Mutter im Leben vorhanden, deren keine vor der anderen zu der Vormundſchafft einige prærogativ hat ꝛc. idemque hodiè etiam inter perſonas Illuſtres obſervari teſtatur RINGLER *de tut. Illuſtr. c. 1. §. 7. pag. 18.* Et harum fœminarum ratio in deferenda tutela adeò habetur, ut etiam præ maſculis à latere agnatis atque cognatis omnibus, qui alias legitimi tutores ex hoc ordine futuri eſſent, veluti Avunculo, Patruo, fratri etiam Germano admittantur *Nov. 118. c. 5.* ibi: *omnibus à latere cognatis* junct. *arg. d. Nov. c. 4.* HONDED. *p. 1. conſult. 88. n. 11. ſeq.* B. Dn. LAUTERB. *de ſing. frat. jur. p. 2. m. 1. §. 15. n. 10. ſeqq.* quamvis maſculis illis, qui tutores ſunt legitimi ex ordine aſcendentium, veluti, Avo ſ. paterno, ſive materno, cedere omninò debeant, cum quoad legitimos tutores aſcendentes, jus vetus, quo indubie præferebantur Matri

& Aviæ, *l. fin. ff. de tut. l. 2. & 3. C. qn. Mul. tut. off.* nulla correctio inveniatur, Imperatore diſpoſitionem ſuam, vetus illud jus fœminas ab omni tutela excludens alterantem, diſſertis verbis reſtringente ad maſculos legitimos tutores ex latere venientes, quam tanquam novam & correctoriam extra terminos correctionis interpretari aut extendere nobis haud eſt permiſſum *arg. l. 14. ff. de LL.* B. Dn. LAUTERB. *d. l. n. 13.* ubi hanc veriorem prædicat, B. Dn. D. BARDILI, *in concl. for. Ex.* I. *th. 13. lit. d.* Excellentiſſ. Dn. D. MAJER, *in comment. ad tit. l. de legit. agnat. tut. pag. 255.* & plures ab his alleg. RICHT. *ad d. auth. Matri & Aviæ n. 16.* vid. omninò BACHOV. *ad Treutl. 2. diſſ. 8. th. 3. lit. d.* ubi varios caſus hac in parte obvenientes diſtinctiſſime proponit & decidit. Qr. An exemplo Avia & *Proavia* ad tutelam pronepotum ſuorum admitti debeat? Nos de jure veriorem cenſemus negativam, *in d. Nov. 118. c. 5.* tantum non diſſertè firmatam, tum quia Imperator in nova illa, & priorum jurium correctoria lege, ſtrictiſſimè propterea accipienda, ſaltem excipit perſonam *Matris* & *Aviæ*,

unde

unde reliquas aſcendentes excluſas voluiſſe firmiter colligitur *arg. l. 12. §. 42. de Inſtruct. vel. inſtrum. leg.* maxime cum priores leges perſonam *Matris* diſerte ſaltem excepe-rint, & Imperator *in d. c. 5.* demum quaſi per modum cujusdam extenſionis *aviam* ſaltem addiderit, unde extenſionis iſtius novam quandam extenſionem facere nobis ſane non licebit: tum quia ibi expreſsè utitur particula *taxativa* & aliarum aſcendentium fœminarum excluſiva *ſolis.* Præmiſſo enim hoc quod per exceptionem à regula Mater & Avia ad tutelam liberorum ſuorum admitti debeat, mox & quidem per modum alicujus rationis, aut connexionis hæc verba ſubjicit: *his ſolis n. permittimus tutelæ munus ſubire:* tum quia uti vocabulum *Matris* ſtrictè *ibid.* accipit, & *Aviæ* opponit, ita & vocabulum *Aviæ* in ſpecie & *Proaviæ*, reliquisque aſendentibus oppoſitum accipi debere facile intelligitur. Potuiſſet enim alias, ſi largiorem in modum loqui voluiſſet, ſolo matris nomine & proaviam & reliquas deinceps aſcendentes indigitare. Accedit ratio, quia plerumque proavia in eam ætatem incidit, quæ & animi & corporis viribus deſtituta,

aliorum

aliorum potius indiget auxilio & tutamine, quam quod hoc eam aliis afferre & præstare efficaciter posse credamus, aut Imperatorem hoc sibi persuasum habuisse facile judicemus. Et huic sententiæ patrocinantur nobiscum ANGEL. ARETIN. *ad Inst. tit. de legit. Patron. tut. n. 5.* PAUL. de CASTR. *ad l. Gallus 29. §. 6. verb. instituens. ff. de liberis & posthumis. n. 3.* PHIL. DEC. *cons. 16. n. 4.* MONTAN. *de jur. tut. c. 15. n. 9.* scribentes, de proavia benè & non sine ratione dubitare DD. B. Dn. REBH. *in select. quæst. jur. dec. 3. q. 10. Corollar. ibid. subject.* BECHMANN. *de leg. matr. & av. tut. c. 4. §. 7.* Quamvis dissentiant ALEX. IMOL. *in d. l. Gallus §. instituens ff.* de *Lib.* & *posthum.* PHIL. CORN. *l. 2. cons. 20. n. 4. & seq.* JOH. LEONH. à PÜHEL. *de tut. Elect. c. 5. n. 24. seqq.* SCHRADER. *de feud. p. 10. sect. 19. num. 24.* Dn. STRYK. *de jur. avor. c. 2. n. 163. seqq.* Sed quorum argumentis jam satisfecit REBHAN. *d. l.* Quod si vero alicubi locorum praxi aut præjudiciis horum sententiam invaluisse constet, ei omninò inhærendum est tanquam æquiori, cum quæ in avia ea & in proavia præsupponi aut præ-

præſumi poſſit affectio, modo ſpes in ea non decollet ob nimium provectam ætatem indeque provenientem virium imbecillitatem aut defectum, unde etiam rariſſimè forſitan hunc caſum in praxi obventurum eſſe adnotat. STRYK. *d. l.* quemadmodum nec exemplum aliquod apud Nobiles immediatos nobis quidem explorare licuit.

Th. XXIV.

Ut verò hæ perſonæ ad hoc ipſum munus pervenire queant, habilitas omninò, quam & leges deſiderant in ſubjectis his præſupponi debet, quæ ubi deficit, ibi nec legitima liberorum tutela obtinebit: Hinc ſi quæ muta & ſurda, aut furioſa, aut deportata, aut prodiga exiſtit, aut ſimilem quendam defectum patitur, illa ipſo jure jam eſt excluſa CARPZ. *l. 5. t. 8. Reſp. 880. n. 23. ſeqq.* RICHT. *ad d. authent. Matri & Aviæ n. 19.* de quibus plenius hîc agere, cum & idem juris communiter in aliis exemplis occurrat, ſuperſedemus. Hoc plane præterire non poſſumus debere matrem, quæ vult ad adminiſtrationem tutelæ liberorum ſuorum admitti, juſtæ quoque ætatis eſſe, non *minorennem*,

rennem, quod de jure Civili communi indubium per textum clarissimum *in l.* 2. ibi: *Si ætate major est C. qn. mul. tut. offic. fung. Nov.* 118. *c.* 5. *verba. Si masculi & perfectæ ætatis sint*, *l. ult. C. de leg. tut.* Minorennis autem est quamdiu annum 25. nondum complevit, de jure nostro communi *pr. I. de Curat.* uti de jure Saxon. qn. annum 21. nondum egressa est. CARPZOV. 5. *Resp.* 80. *n.* 10. & hoc tempus adeò strictè observandum venit, ut si magistratus ex errore ei, hunc terminum nondum egressæ, decreverit gubernationem rerum pupillarium ille nulliter processisse dicatur, ex BOERIO, CHASSAN. GUTIEREZ. CARPZ. *d. l.* ubi hanc appellat crebram DD. traditionem: nec aliter dicendum putamus ne quidem in matre Nobili, utut veniæ ætatem impetraverit. Hæc etenim indulgentia respectum saltem habens ad concedendam liberiorem bonorum propriorum administrationem *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat.* temere & contra rationem juris extenderetur ad facultatem pupillorum aut similium bona, non sine periculo aut incommodo eorundem, liberius dispensandi atque administrandi: per ea quæ pluribus deducunt

MYLER

MYLER ab EHRENB. *in Etolog. Princ. Imp. c. 2. ſ. 3.* MATTH. STEPH. *de jurisdict. l. 2. p. 1. c.* I. *m. 2. n. 143. & plur. ſeqq.* COTHMANN. I. *Reſp. 42. n. 22. & plur. ſeqq.* quos recte ſequitur B. Dn. BARDILI *in concluſ. forens. Ex. 1. th. 22.* Quorum ſententiæ parum officiet, ſi quis urgere vellet, per veniam ætatis minorem majori æquiparatum cenſeri quoad omnia, exceptâ ſaltem immobilia alienandi facultate: & fictionem idem operari ac veritatem. His dubiis enim facile occurreretur regerendo, hoc in ſuo genere, adminiſtrationis ſcil. bonorum ſuorum verum eſſe, non ultra, nec poſſe fictionem plus operari quam veritatem, vid. BALD. I. *Conſ. 337. n. 2.* MANTICA, *de tac. & amb. conv. vol. 1. l. 11. t. 26. n. 30.* nec eſſe extendendam ultra terminos fictionis in præjudicium tertii, PRUCKMANN. *Conſ. 2. n. 238.* Quod ſi tamen Imperator per diſpenſationem Matri minorenni, indeque per jura inhabili ſuccurrat, & tutelam ei contra rationem jurium receptorum ſpecialiter committat, aut plane aliud tempus tutelæ ſuſcipiendæ in poſterum obſervandum præſcribat, atque ordinet, tum Matri ætatem

tem 25. annis minorem amplius nil obſtare, certo certius eſſe judicamus cum Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. c. 3. ʃ. 5.* & confirmatur vel maxime ex eo, quod de ætate hac jure Saxonico aliter determinata modo adduximus, add. MEV. *ad jus Lub. l. 1. t. 7. lit. b. n. 15.* non minus & ex eo, quod mater à Principe ſpecialiter impetrare queat, ut poſſit etiam tutrix manere poſt ſecunda vota *auth. ſacramentum C. qn. mul. tut. off.* & ibid. BRUNN. *in fin.* CAR. RUIN. *t. 5. cons. 125. n. 1. ſeqq.* CRAVETT. *cons. 18. n. 1. ſeqq.* Quando itaque Mater Nobilis immediata adhuc minor eſt, interim alius tutor vel Curator ab Imperatore, Camera Imp. aut Directorio pupillis dandus eſt, qui adminiſtret usque dum Majorennis facta, idque ſive in teſtamento Patris tutrix conſtituta fuerit, *l. 11. ff. de teſt. tut.* ſive ſine teſtamento patris lege ad id munus vocetur *l. 10. ʃ. 7. ff. de excus. tut.* BARTOL. *ad auth. Sacramentum C. qn. mul. tut. offic. fung. n. 5.* RICHT. *ad auth. Matri atque Aviæ C. qn. mul. tut. offic. n. 19.* PIAGG. *de tut. & curat. qu. 3. n. 10.* conf. CARPZ. *p. 2. c. 11. d. 11. n. 7.* ubi quod de jure Saxonico pro-

ximus

ximus agnatus interim adminiſtret tutelam, usque dum mater vel alius proximior majorennis factus fuerit. SCHARSCHMID. *ad Nov. 118. ſſ. ult.* add. RINGL. *ſæpius laud. tr. c. 4. ſſ. 3. pag. 152. ſeqq.* Neque verò in Germania inter Nobiles immediatos illam invaluiſſe conſuetudinem conſtat, quod & mater minor poſſit ſubire tutelam liberorum ſuorum: qualem alicubi obtinere ex Baldo notat BOER *dec. 124. n. 7.* aut quod contracto matrimonio mater minor reputetur pro majorenni, uti generaliter in Francia moris eſſe atteſtatur *Id. d. l.* Hoc vero quod Mater vel Avia pupillorum minorumve debitrix aut creditrix exiſtat, quo ipſo alii à tutela aut curatela ſuſcipienda jure Novellarum arcentur, *Nov. 22. c. 1. ſeqq.* vid. B. Dn. D. BARDILI *d. exercit. 1. th. 23.* ubi & ampliationes hujus juris adducit, MATTH. STEPH. *ad Nov. 72. n. 3. ſeqq.* Matri Nobili immediatæ, uti nec ulli alii, plane, nil obſtat, per jura ſingulariter & hac in parte notoriè conſtituta *in Nov. 94. c. 2. in fin. auth. ad hoc C. qu. mul. tut. off.* STEPH. *d. l. n. 9.* PEREZ. *ad d. t. n. 1.* D. BARD. *d. l. th. 24. lit. f.* adeò ut nec mater naturalis

tantum inde à tutela liberorum ſuorum naturalium prohibeatur. JOD. DAMHOUD. *de patr. pup. c. 5. n. 6.*

Th. XXV.

Tutelæ huic maternæ ſtricte ſic dictæ ſubſtant pupilli, ſive perſonæ ſui juris, quæ annos pubertatis nondum implevere, *l. 239. ff. d. V. S. & ibid.* GOEDD. *pr. I. quibus mod. tut. fin. junct. pr. I. de tutel.* illique Nobiles immediati, mediati enim huc non pertinent vid. AUTHOR. præjudicior. ap. GYLM. *ſymphor. t. 3. voc. Tutela.* ſive ſint legitimi ſimul, ſive naturales tantum, *vid. th. præc.* Curatelæ verò huic ejusdem conditionis minores regulariter, ſive eæ perſonæ ſui juris quæ annum 25. nondum complevère. *pr. Inſt. de curat. junct. pr. I. de tut.* Quamvis Novella *118. c. 5.* & plerique alii de Matre & Avia ad adminiſtrationem ſubſtantiæ liberorum ſuorum admittenda diſponentes textus diſertè ſaltem de tutela concepti ſint, nulli tamen dubitamus, quin Imperatoris mens fuerit, idem quoque eodem tempore & modo ſtatuere de curatela liberorum ſuorum ex ratione prorſus eadem Matri aut aviæ deferenda,

renda, quæ verior eſt ſententia per text. *in Nov. 94. c. 1.* ibi : *volentibus aviam habere minorum. c. 2.* ibi : *quæ vult Matres dum filiorum ſuorum curam geſturæ ſunt, jus jurandum jurare &c.* auth. *ſacramentum* ibi: *ſalva minoribus omni alia cautela, C. qn. mul. tut. off.* BART. *ad auth. Matri & Aviæ C. qn. mul. tut. off. n. 7.* CHASSAN. *in Conſuet. Burgund. rubr. 6. ∬. 6. n. 2. ſeq.* ANGEL. ARET. *ad tit. I. de leg. patr. tut. n. 6.* DAMHOUD. *in patroc. pup. c. 5. num. 10.* PIAGG. *d. tr. q. 18.* & quod de cura materna in liberos *minores* ita ſtatuitur, idem quoque de Cura liberorum majorum, ſed furioſorum, mente captorum, prodigorum aſſerere licet *arg. ∬. 3. & 4. I. de Curat. jung. Nov. 94. c. 2.* ubi Imperator indefinite loquitur de matribus filiorum ſuorum curam geſturis : & quamvis *c. præc. 1. cum præfat.* ſaltem curæ minorum expreſſam injiciat mentionem, ratio tamen ibidem inſerta & deſumta à pio illo amore in liberos, indeque prognato laudatiſſimo æſtu eos tuendi, matri naturaliter inſito; ſatis indicat, à mente Imperatoris minime fuiſſe alienum, & in tali caſu affectioni matris, & miſeræ liberorum

illorum conditioni id omnino indulgere: Quid enim intereſt, an liberi ex imbecillitate ætatis, an ex fati & naturæ infelicitate, an ex diſtorto rationis uſu aliorum auxilio atque patrocinio indigeant, infeliciores omnino his in caſibus, quam in illo primo rerum ſtatu, vid. PIAGG. *de tut. & Curat. q.* 2. *n.* 24. ubi quod talibus plus compatiatur agnatus, quam extraneus, majoremque in eo adhibiturus diligentiam & patientiam. Et cur Matri atque Aviæ, quibus & iſtis in caſibus æque ac in hoc vires non deficiunt illorum ſubſtantiam, quam non diminui ipſarum, forte & aliquando in ea heredes extiturarum, non minus intereſt, recte adminiſtrandi non competeret? Dederunt in his perſonis & aliis Legislatores noſtri plurimum humanitati, atque commiſerationi. *l. 9. C. de impub. & al. ſubſt. l. 43. pr. ff. de vulg. & pup. ſubſt. ſ. 1. & de pup. ſubſt. add. Jus W. P. p. 3. t. 12. §.* Wie wohl. *pag. 376.* nec dubitarunt quoque furioſæ matris curationem ad filium devolvere, *l. 4. C. de cur. fur.* vid. Excell. Dn. Præſ. *in diſp. ſub Præſid. Dn.* MASCOV. *Gryphisw. hab. de Jur. Prodig. m. 1. th. 9.* Cur ergo & vice verſa in benigna iſta

priorum

priorum jurium matrem & aviam excludentium alteratione, in harundem nunc admittendarum juxta & liberorum ſavorem ſacta, & hos caſus poſthabita prorſus illa relatione, quæ eſt inter Parentes & liberos, in noviori iſta legislatione non comprehendiſſe Imperatorem ſtatuemus, quod & durum ſane & juſto inhumanius videtur. Horum omnium ſaluti recte conſulit Mater & Avia tutrix aut Curatrix tunc maxime, quando & perſonas prudenti conſilio regit, harundem patrimonium totum quantum quantum eſt rectè curat atque diſpenſat. Verſatur enim officium tutoris principaliter quidem circa perſonas dirigendas, minus principaliter tamen etiam circa patrimonium *l. 30. l. 12. ſ. 3. ff. de adminiſt. & peric. tut. l. 21. ſ. 3. ff. de excus. tut.* uti contra Curatoris minorum officium principalius in adminiſtratione bonorum conſiſtit *l. 8. C. de nupt.* HARPPR. *ad ſ. 1. I. de tut. n. 21. ſeq.* quamvis curatores furioſorum & prodigorum principalius etiam perſonis dati dicantur PIAGG. *d. tr. qu. 2. n. 24.* Proinde mater & avia etiam Nobilis immediata ſub quocunque tandem reſpectu ſive tutricis ſive curatricis hîc veniat, guber-

nationem ſubſtantiæ, aut bonorum ad liberos ſpectantium ſibi ſuæque fidei concreditam habet, idque quoad *allodialia* planè eſt extra dubium, per *Nov.* 118. *c.* 5. *circ. fin.* Sed quoad *feudalia* res eſt vel inter optimæ notæ Dd. valde controverſa. Nos breviter ita ſentimus: de Jure *feudali Longobardico* in corpore juris quod typis expreſſum extat, tutelam maternam, quantum attinet bonorum feudalium eorum, utique in quibus ſuccedendi ſpes fœminis nullatenus radicata eſt, adminiſtrationem fuiſſe plane incognitam, nec rationi hujus juris ubique bene conſonam eam ſatis feliciter demonſtrari poſſe, uti facile edocemur ex iis, quæ hanc in rem non absque fundamento ediſſerunt. HARPPR. *ad pr. I. qui teſt. tut. dar. poſſ. n.* 20. *ſeqq.* CZ. *de jur. fœm. ſing. dec.* 2. *pos.* 2. HEIG. *p.* 2. *qu.* 13. *n.* 40. *ſeqq.* PETR. MÜLLER. *in diſp. de Gynæcocratia in region. Imp. Rom. Germ. ſect. poſt. c.* 1. §. 12. Dn. COCCEJ. *de tut. Illuſt. ſect.* 3. §. 12. & *ſect.* 4. §. 5. *At* de jure *feudali moderno*, & ex moribus in Imp. R. G. uſitatioribus, ſtatutis pactisque familiæ proviſionibus atque diſpoſitionibus ſpecialiter factis hinc inde enatâ atque con-

convalidatâ *receptiori praxi*, indubium reputamus tutelam & curam maternam etiam ad feudalium rerum gubernationem & administrationem ſe hodiè omninò porrigere. Quod uti de feudis, etiam majoribus & regalem dignitatem annexam habentibus, quam plurimorum exemplorum authoritate vel maximè ſtabiliunt SCHRADER. *de feud. p.* 10. *ſect.* 19. *n.* 25. *ſeqq.* provocans inter alia ad comitia Ratisb. Anno 1540. & 1554. celebrata, quibus 9. Tutrices, Principiſſæ & Comitiſſæ nomine ſuorum liberorum per legatos ſuos interfuiſſe recenſentur, & ad ſubſcriptionem R. I. de Anno 1641. §. 100. & qui eum ſequuntur ROSENTH. *de feud. c.* 12. *concl.* 10. *n.* 20. *ſeqq.* ANDLER. *in Jurispr. publ. & priv. l.* 2. *t.* 5. *n.* 33. VITRIAR. *inſt. Jur. Publ. l.* 3. *t.* 20. *ſſ.* 20. *ſeq.* BECHM. *de tut. mater. c.* 5. *ſſ.* 2. Dn. SAM. STRYK, *de tut. mat. Princ. c.* 2. *ſſ.* 15. *& plur. ſeqq. jung. ſſ.* 5. *ſeqq.* ubi etiam exempla Regnorum exterorum adducit. RINGL. *ſæpè laud. tr. c.* 1. *ſſ.* 7. *pag.* 21. *ſeqq.* quamvis iſtud quod ab his allegatur & ita ſtatuminatur receptum jus pro univerſali, & in omnibus Ducatibus aut ditioni-

bus nostri Imperii uniformiter vigente minimè haberi debet, cum notissima, quæ in contrarium hinc inde & in his terris extat, experientia nullatenus hoc ipsum permittat, vid. SCHRAG. *d. l. n. 30.* HEIG. *d. l. n. 42.* ubi notat se meminisse responsi Lipsiensium Scabinorum, quoad tutelam maternam inter bona allodialia & feudalia distinctionem facientis. ROSENTH. *c. 6. concl. 40. n.* 12. ita & in specie de bonis feudalibus ad Nobiles Imperii immediatos spectantibus, à matre, quamvis ut plurimum adjunctorum ex familia, vel authoritate publica constitutorum Contutorum consilio, cura, atque solicitudine subnixâ atque adjutâ tutrice atque Curatrice liberorum suorum insimul dispensandis atque administrandis idem attestatur & authoritate Imperatoria atque Camerali, firmat KNIPSCHILD. *de Nobil. l. 3. c.* 17. *n.* 17. ubi ita: atque hujus rei exemplum ubi mater Nobilis ad filiorum suorum tutelam *etiam in feudalibus* admissa & in Camera Imperiali confirmata fuit, ipse novi: & hoc ipsum porrò constabiliunt superius adducta exempla Matrum Nobilium immediatarum non sine distin-

ſtinctione bonorum tutelæ & curatelæ munus exercentium.

Th. XXVI.

Ex iis quæ ad *formam* hujus tutelæ referri merentur pauca hæc ſaltem decerpimus: neque enim temporis ratio nobis permittit ea, quæ adhuc pertractanda reſtant, eadem deductionis lege pertexere, quâ nobis propoſuimus, quâque uſi ſumus in elaboratione præcedentium, quæ quia ex ratione jurium Nobilibus immediatis quaſi domeſticorum in medium adducendorum, & conferendorum præter opinionem excrevit, in ſequentibus ſtrictius, ne pagina deficiat, incedemus, hoc magis quia pleraque eorum ex parte Nobilitatis immediatæ proprii nihil habent, ſed ex juris communis principiis ſancitis atque placitis ad materiam tutelæ maternæ in genere pertinentibus dijudicanda & decidenda veniunt, ad quæ, ut & ad laudatiſſimos DDdres hæc plenius enucleantes, remittere fas erit atque ſufficiet. Scilicet cum LL. noſtris provido omninò pro pupillorum & curandorum ſalute conſilio inductum eſſe conſtet, ut Mater atque Avia in actis ſub com-

petenti judice intervenientibus ſive judicialiter renunciet: 1. futuris nuptiis, & olim quidem juramento deſuper præſtito *l.* 2. *l.* 3. *C. qn. mul. tut. off.* hodiè etiam injuratò *Nov.* 94. *c.* 2. *autb. ſacramentum C. d. t.* 2. SCti Vellejan. præſidio. *d. l.* 3. *Nov.* 118. *c.* 5. & 3. omni alii auxilio legitimo *d. l.* 3. *Nov.* 94. *c.* 2. alias ipſi ſaltem ut mulieri, non ut parenti jure competenti. vid. RICHT. *ad d. autb. Matr. atque Av. n.* 13. & inprimis Bartol. *ad. d. autb. n.* 11. *& plur. ſeqq.* & Addition. *ibid.* ubi plures huc pertinentes quæſtiones deciſæ inveniuntur, nempe quid ſub hac generali clauſula veniat? *n.* 13. Anne ſufficiat generalior hæc intermiſſis duabus iſtis ſpecialibus? *n.* 14. an vitietur aſſumptio tutelæ ſi omiſſa ſaltem renunciatio futurarum nuptiarum? An ſi ſaltem omiſſa renunciatio SCt. Vellejan. An ſi ſaltem omiſſa renunciatio cujusvis alterius auxilii. *num.* 12. MATTH. MATHESIL. *ſing.* 108. ubi quod his non factis tutela ſit ipſo jure nulla, non obſtante etiam jam ſecuta confirmatione judiciali, Dn. D. MAJ. *ad tit. de legit. agnat. tut. pag.* 257. confer. Dn. STRYK. *de jure avor. c.* 2. *n.* 169. ubi

quod

quod æquius alii exiſtiment, ſufficere ad hujus tutelæ ſubſiſtentiam, ſi tempore aſſumptionis mater vel avia promiſerit omnia illa obſervare, ad quæ de jure tenentur, maximè, ſi per ipſam non ſtetit, quò minus ſolenniter renunciaret; forte quia abſens fuit, aut in locis longè diſſitis, de quorum veritate tamen & uſu hoc magis dubitare licet, quo majus inde periculum vel ipſis pupillis imminet, quod leges præcavere omni modo voluerunt. De hoc ipſo vero inter DD. hodie non leviter diſputatur, an iſtiusmodi aliqua renunciatio hodie adhuc obſervanda veniat, cum dentur qui aſſerant, iſtam abrenunciationem ſecuturarum nuptiarum hodie hinc inde exoleviſſe. Uti de moribus Mechliniæ & Galliæ teſtis eſt, CHRISTIN. *vol.* 3. *l.* 3. *d.* 149. *n.* 3. nec ubivis in Imperio id obſervari, indeque ad obſervantiam cujusque regionis potius reſpiciendum eſſe, quam verbis LL. & receſſuum Imperii inhærere, docet CARPZ. *l.* 2. *Reſp.* 82. *n.* 11. BRUNN. *ad d. auth. Matri atque Aviæ:* ubi dicit ſe ſæpius advertiſſe, hoc apud nos non obſervari: idemque de renunciatione SCti Vellej. nonnulli atteſtantur CHRISTIN. *d. l.*

BOER,

BOER, *in consuet.* Bitur. *tit.* 1. §. 6. *gl.* 2. *vers. Et adverte.* Facultas Jur. Kilon. apud HENR. MICHAELIS *Resp.* 4. *pag.* 88. Exinde hîc in disquisitionem non sine ratione venit; Anne ergo hæ renunciationes apud Nobiles Imperii immediatos adhuc hodie in usu sint? Id quod intrepide affirmandum esse censemus. Præterquam enim quod semper pro legum viridi observantia præsumtio valeat, quamdiu contrarium non est probatum, vid. CARPZ. *p.* 2. *d.* 201. rerum etiam in summo Imperii Tribunali judicatarum authoritas irrefragabili hîc inservit testimonio, has renunciationes non minus hodie necessarias, esse in matre Nobilium immediata, si vult ad tutelam liberorum suorum admitti, per ea quæ tradit Author præjud. Cameræ apud GYLM. *Symph. tom.* 3. *voc. Tutela*, ubi non tantum ad id ut pro confirmatione tutorum processus decernatur, & antequam Mater liberis suis tutrix in Camera ordinetur, prærequirit inter alia & necesse esse dicit, ut Mater renunciet secundis nuptiis & SCto Vellejano, sed & exemplum adducit sub acto d. 18. Nov. Anno 1558. processum breviter his ipsis delineans D. R. um Supplication und

Zulassung der Vormundschafft Ihres Söhns Z. V. R. übergeben auf heut Decretum gegeben: So fern Er von wegen der Wittwen secundis nuptiis & SCt. Vellej. judicialiter renunciiren werde ꝛc. hierauf in krafft Gewalts wolle Er im Nahmen gedachter Wittib secundis nuptiis & SCto Vellejano bester Form rechtens hiemit renunciiret haben: bitt. ꝛc. & aliud sub dato 29. April. de Anno 1589. Quæ fortissimè corroborantur superius jam adducto novissimo exemplo de Anno 1698. Dominæ Viduæ D. A. M. de Wöllwart, cui à Directorio Nobilitatis Franconicæ Districtus Altmühlensis traditum Tutorium & Curatorium hanc in rem ita sonat: Gleich wie nun öffters ermeldte Frau Wittib, nicht nur aus natürlicher Billigkeit, sondern auch vermög der Rechten die nechste Vormünderin und legitima tutrix Ihrer verlassenen Waisen und Kinder, jedoch *præstitis præstandis*, ist, also hat sie auch gewöhnlicher massen ꝛc. denen *secundis nuptiis* und *SCto Vellej.* würcklich renunciiret. Nec deerunt quam plurima alia exempla; Quod si jam aliquando hæc talia in uno alterove casu haud fuerint observata, veremur ne locum habeat querela B. Dn. BRUNN. *ad d. auth.* de tutela

tela aliquando levi brachio tractata. Nec aliter ſentiendum eſſe exiſtimamus, in caſu, ubi Mater tutrix liberorum ſuorum à Patre in teſtamento data fuerit, nam & tum eandem ei incumbere renunciationum neceſſitatem verius eſt, tum ex ſuffragio LL. nullam hac in parte diſtinctionem facientium, tum ex paritate rationum utrobique militantium, quam ſententiam etiam defendunt MATTH. MATHESIL. *ſing.* *108.* Bartol. *in l. Omnem 6. C. ad SCt. Tert. in fin.* vid. ANGEL. ARETIN. *ad* §. *28. I. de Act. n. 40.* ubi dicit, quod iſtud in practica obſervaretur per dictas authoritates, quamvis ipſe de jure contrariam veriorem judicet; ROLAND. à VALLE I. *cons. 76. n.* 2. GUID. PAPÆ *dec. 539.* ALBERIC. & alii, quos pro hac ſententia, teſtantes eam ita obtinuiſſe adducit BOER. *d.* 124. *n.* 12. ubi fatetur DD. eam communiter teneri. SIM. à PRÆTIS *de interpret. ult. vol. l.* 2. *int.* 7. *dub.* 2. *ſol.* 2. *n.* 176. *ſeqq. pag.* 238. ubi plenius hunc articulum reſolvit. SAND. *decis. Fris. l.* 2. *t.* 7. *d.* 3. B. Dn. LAUTERB. *de bon. tut. thes.* 16. Dn. D. MAJER *d. l. pag.* 257. Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. c.* 3. §. 8. ubi

ſuſpe-

ſuſpectam dicit ſententiam, JOH. FRANC. ANDREOL. *contr. for.* 133. *n.* 6. ſcribentis, quod ſi Mater tutrix in actu ſuſceptionis tutelæ non renunciaſſet, ſecundis nuptiis & LL. auxilio, tamen hoc ipſi, cum tutrix teſtamentaria eſſet, non nocere. Quamvis plurimi DD. diſſentiant. ANGEL. ARETIN. *modo cit. loc.* BURS. *vol.* 2. *cons.* 136. *n.* 4. JACOB. PUTEUS 2. *dec.* 427. *n.* 5. HONDED. *vol.* 2. *pag.* 2. *conſult.* 22. *n.* 25. ſcribens hanc ipſam etiam de conſuetudine uſu obtinuiſſe, quod & teſtatur BOER. *d. decis.* 124. *num.* 13. PIAGG. *de tut. q.* 7. *n.* 40. BRUNN. *ad d. auth. Matri atque Aviæ ſub fin.* Dn. STRYK. *de jure Avor. c.* 2. *num.* 173. ubi dicit, hanc ſententiam æquitatis rationem habere, ne ſint deterioris conditionis, quam alii extranei tutores. Eamque quam defendimus ſententiam veriorem judicamus, non tantum ubi Pater Matrem ſimpliciter in teſtamento tutricem conſtituit, ſed & ubi inſimul pater iſtiusmodi renunciationem Matri expreſsè remiſit: non poteſt enim Pater, ea, quæ lege injuncta ſunt, & quidem in favorem pupillorum, pro ſuo arbitrio mutare aut remittere *l.* 55. *ff. d. leg.* 1.

Dn.

Dn. D. MAJ. *d. l. p.* 258. SIM. de PRÆTIS, *d. l. num.* 179. utut Princeps sit, qui in favorem conjugis suæ in testamento ad eum modum disposuit, cum & hîc contra Leges Imperii publicas, usum & observantiam Aulæ Cæsareæ, quæ legis instar custodienda est, nihil valeat. Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. d. c.* 3. §. 8. multo minus itaque Patris Nobilis dispositio hactenus aliquid operatur, cum nec ordinarii judicis aut Magistratus decretum juribus his contrarium aliquid hîc efficere valeat AYM. CRAVETT. *cons.* 18. *n.* 2. SIM. de PRÆTIS *d. l. n.* 179. ubi factum judicis & factum testatoris æquiparantur. Secus foret si authoritate publica, sive legislationis, s. observantiæ aut consuetudinis ritè inductæ, hæ conditiones remissæ extarent, cum tutelæ administrationem per se haud ingrediantur STRYK. *d. l.* BALTHASAR *t.* 5. *Res.* 3. *n.* 16. referens in Bavaria tales renunciationes expresse non fieri, add. BRUNN. *d. l.*

Th. XXVII.

Mater aut Avia Nobilis immediata in tutricem rectè ita constituta, & decreto ad admi-

administrationem actu suscipiendam & exercendam admissa, quod perinde ac in aliis quibusvis tutoribus. v. Ordin. Imp. Pol. de Anno 1548. & 1577. tit. von der Pupillen &c. Ita & in Matre & Avia obtinet. Rot. Rom. ap. PUTEUM *in l. 2. dec. 427. n. 6.* ubi plures hanc in rem laudat. MONTAN. *de tut. c. 8. n. 7.* vid. KNIPSCH. *de Nobil. lib. 3. c. 17. n. 97. & 98.* inventario legitimè confecto, ad quod adornandum etiam mater & avia regulariter tenetur. *arg. l. 24. C. de adm. tut. l. 13. C. arb. tut. l. 27. C. de Episc. aud. & dictor Recess. dd. ll.* CARPZ. *de jur. fœm. sing. dec. 2. pos. 5. n. 19. & plur. seqq.* RINGL. *de tut. illustr. c. 1. §. 10. pag. 41.* v. KNIPSCH. *d. l. n. 99.* & præstitis de cætero præstandis ex tenore d. Ord. Polit. vid. omnino KNIPSCH. *d. l. n. 101.* & plur. *seqq.* ubi plena manu hæc omnia exequitur, ut ad eum remisisse hac vice sufficere queat, superaddito saltem hoc, quod inter Nobiles Imperii immediatos præcisè usu non servetur jurisjurandi de fideli administratione à tutoribus Nobilibus, in specie matre atque avia actu facienda præstatio, cujus vices supplere solet promissio stipulatâ manu facta, aut ge-

neroſâ fide in vim juramenti vallata, uti id patet ex aliquoties citato tutorio Dnæ. de Wölwart à Nobil. Francon. exhibito, ibi: Und in Summa alles dasjenige zu thun und zu laſſen, was einer getreuen Mutter und Vormund wohl anſtehet und gebühret, nach Ihren beywohnenden beſten Wiſſen und Gewiſſen, *ſanctè* angelobet und verſprochen: poteſt & debet omnia ea, quæ quemlibet alium fidelem adminiſtratorem tutorem atque curatorem decent, in commodum liberorum ſuorum pupillorum aut curandorum, curare atque peragere tam in judicio, quam extra judicium, etiam ſola ſine curatore ad litem. Quamvis enim plerubique locorum non tantum in Gallia, Hiſpania, Italia, ſed & Germaniâ moribus atque ſtatutis in uſum venerit, mulieri in negotiis momenti alicujus peragendi adſiſtere debere iſtiusmodi Curatorem. WIBEL *de contr. mul. c. 1. n. 36.* B. Dn. LAUTERB. *ad I. P. W. p. 2. t. 29. th. 40. n. 4.* B. Dn. MAURIT. *p. 1. c. 2. n. 14.* MEV. *ad J. Lub. lib. 1. t. 10. art. 1. n. 7.* veluti in ſpecie in terris Saxonicis extat conſtitutio Electoralis *p. 2. c. 15. vid.* ibid. CARPZ. *d. 1. ſeqq.* Lubeccenſibus ſtatutum Civitatis

l. 1.

l. 1. t. 10. art. 1. MEV. *d. l.* in hoc Ducatu Wurtenbergico Jus Provinciale *p. 2. t. 29.* B. Dn. LAUT. PLEBST. BESOLD. *ibid.* WIBEL. *d. l. n. 37. & c. 3. ∫. 8. n. 5. ſeqq.* quod Matrem quoque & aviam liberorum ſuorum tutrices ſtringit. WIBEL. *d. l. n. 22.* Attamen quia jure communi mulier Majorennis tali Curatore non indiget, *pr. l. de curat. l. 1. ∫. 5. ff. de poſtul. l. 4. C. de procur. l. 6. C. de Rev. don. l. 12. C. de pign. l. 8. C. de pact. conv.* Huic tamdiu ſtandum eſt, quamdiu ſtatuto vel conſuetudine iſti derogatum non fuiſſe apparet MEV. *d. 335.* quemadmodum & in Camera Imperiali mulieri adultæ Curatorem ad litem petenti talem regulariter denegari adnotat. WIBEL. *d. l. n. 35.* adductis ita decretorum exemplis. Proinde cum, de ſtatuto, atque conſuetudine inter Nobiles Imperii immediatos, præcitatis juribus localibus neutiquam adſtrictos, vigente, & neceſſitatem adhibendi Curatorem fœminis iſtius ordinis imponente, nihil plane conſtet, ut potius jura Communia ſequantur, facile diſpaleſcit, Matrem & Aviam ex Nobilium immediatorum ordine liberorum ſuorum tutricem, etiam ſolam,

ſine tali curatore adminiſtrationem iſtam gerere poſſe: niſi ipſæ majoris cautelæ aut commoditatis ergò ſuo ſibi arbitrio talem adhibeant: quomodo in Marchia Brandenburgenſi, qn. fœmina Majorennis ſibi Curatorem petit, vid. BRUCKM. *vol. 1. cons. 48. n. 191. ſeq.* SCHEPLIZ. *in conſuet. Brand. p. 3. t. 2. ʃʃ. 6. n. 2.* & *ʃʃ. 23. n. 9.* id cautelæ abundanti adſcribendum eſſe tradit Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. Imp. c. 3. ʃʃ. 16.* ſubjiciens hoc ſponte recepto, & authoritate publica ſemel confirmato ejus conſenſum deinde adhibendum eſſe, qua ratione interpretatur præjudicium id, quod contrarium urgere videtur ap. FRID. MÜLLER. *in pract. Civ. March. Reſ. 125. n. 6.* & de Pomerania idem aſſerit MEV. *p. 5. d. 99. n. 3.* ubi quod nulla lex certa mulieribus injungat Curatorem ad litem ſibi ſociare, unde aliæ eo utantur, aliæ non, ubi vero talem acceperint, quod tum hic ipſe cauſas ſaltem in judicio agat & defendat: aut niſi ſpecialis aliqua diſpoſitio teſtamentaria vel pactitia, ſtatutaque familiarium neceſſitatem talem injunxerint, vid. *ſupr. th. 21.* aut niſi judicio agant eo in loco, ubi viget iſta conſuetudo

de

de muliere absque Curatore in judicio non admittenda. Nam & tum talem adhibere tenetur, quia id pertinet ad judicii ſolennitatem, in iis a. quæ ejus ſunt conditionis, ut reſpiciant ad litis ordinationem, formam & proceſſum judiciorum, attendendum eſt ſtatutum illius loci, in quo judicium agitur *l. 3. in fin. ff. de teſt.* per plur. *alleg.* WIB. *d. l. num.* 15. adnotans in hoc Ducatu Wurtenbergico id ita ſervari cum muliere extranea, adducto eum in finem textu. *J. P. W. p. 1. t. 16.* §. Andere Weibsperſonen betreffend. *fol. 82.* Et nobis ipſis exemplum aliquod ſuppetit recentius, ubi fœminæ Nobili immediatæ Curator litis adjungi urgebatur, quò Advocatus & Procurator ejus in ſumma, quæ hîc eſt, Curia perſonam ſuam ſufficienter legitimare potuerit idque & alibi ita in practica receptum eſſe teſtatur CARPZ. *in proc. t. 5. art. 3. n. 55. ſeqq.* & hac ratione quoque, qn. mulieres adultæ allegare poſſunt, vigere in certo loco conſuetudinem, ut validè contrahere nequeant absque Curatore, in Camera Imperiali per exceptionem à Regula iis ad eadem loca generaliter decernuntur: uti decretum eſſe meminit d. 30.

Mart. Anno 1547. Author. Cam. præjud. ap. GYLM. *in symph. t. 3. verb. Curator ad litem, & verb. Mul.* WIBEL. *d. l. n. 36.*

Th. XXVIII.

Hoc tutricis nostræ officium etiam eò se extendit, ut de rebus pupillorum & curandorum suorum etiam possit compromittere. ROL. à VALLE *vol. 1. cons. 76. n. 4. seq.* transigere quoque in eorundem utilitatem *arg. l. 12. C. de transact.* BALD. *ibid. n. 5. seq. l. 21. C. de pact.* GYLM. *in symphor. tom. 1. p. 3. vot. 16. n. 9. p. 76.* non minus & renovationem investituræ bonorum feudalium intra tempus præstitutum petere; & per adjunctum Curatorem Nobil. vel etiam alium quendam à se constitutum procuratorem debito modo suscipere, per ea quæ ex probatissimis authoribus deduxit ITTER. *de feud. Imp. c. 9. §. 18.* quæ & ad tutelam maternam rectè transfert & applicat. Dn. STRYK. *de tut. mat. Princ. c. 4. §. 13.* add. quæ tradit LUDWELL, *in tr. de renovat. invest. c. 1. p. 335. junct. iis quæ habet. p. 325.* STRUV. *in S. I. F. c. 7. §. 2. n. 5.* ANTON. *disp. Feud. 4. th. 4. lit. b. & d.*

n. 8. th. 3. lit. c. & th. 5. lit. c. & à ſubditis quoque homagii præſtationem exigere ex B. Dn. BRUNNEM. *cons. 2. n. 23.* Dn. STRYK. *d. l.*

Th. XXIX.

Ex iſta tutelæ aut curæ maternæ adminiſtratione oriuntur actiones tutelæ & curatelæ, mutuæ quæ dicuntur *in §. 2. I. de obl. quæ ex qſ. contr. naſc.* np. *directa*, quæ liberis adverſus matrem, atque aviam tutricem aut curatricem: *contraria*, quæ huic adverſus liberos tutelæ & curatelæ obnoxios, & quæ ſunt alia juris remedia in favorem præprimis pupillorum & curandorum introducta, quæ competunt. vid. SCHÜTZ. *in comp. ad tit. de tut. & rat. diſtr. & ſeqq.* C. J. A. aliique *ibid.* Illa inter alia inſtituitur, in primis ad rationum redditionem, ad quam & matrem tutricem teneri veriſſimum eſt, *per l. 6. C. ad SCt. Tert.* CARPZOV. *de jur. fœm. ſing. dec. 2. ſect. 5.* Hodie quotannis quidem faciendam ſec. Ord. Polit. de Anno 1548. tit. von Pupillen. Vid. omninò KNIPSCH. *de Nob. l. 3. c. 17. n. 128. ſeqq.* ubi in ſpecie quomodo pupillorum Nobilium

liberorum rationes reddi ſoleant. HENR. MICHAELIS *ex Reſp. Fac. Jurid. Kilon.* R. 4. *pag.* 61. *ſeq.* ubi quod & ipſi Matri & liberis laxius proſpiciatur, ſi per ſingulos annos rationes reddantur ob memoriæ labilitatem, ſexus imbecillitatem & negligentiam, & plurium annorum difficiliorem uno tempore quam ſingulorum annorum ſingulis rationibus complexum. Eandemque rationum redditionem in ſpecie quoque matri tutrici Nobili immediatæ incumbere probat iterum illud *ſupra add.* Tutorium Nob. Francon. ad Dn. de Wöllwart. decretum, ibi: Alſo daß ſie alles und jedes was oberwehnten Reſp. Pupillen und Curandis Nuzen und Guth ſeyn wird, zu thun und zu handhaben, was aber ſchädlich zu vermeiden; zu unterlaſſen und zu verhüten, derſelben Perſon und Güther beſtens in Obacht zn nehmen und adminiſtriren zu helffen. (erant enim concuratores conſtituti) ein ordenlich *Inventarium* darüber aufrichten zu laſſen, auch Ihrer *Adminiſtration* und Handlung halber gebührende Rechnung durch die Frau Wittib nach Möglichkeit zuführen ꝛc. Quoad actionem *contrariam* id ſaltem hîc loci disquirere lubet: An Mater ob geſtam libero-

rum

rum ſuorum tutelam ſalarium aliquod prætendere poſſit? Nos id potius de regula negandum eſſe cenſemus. Quamvis enim novum non ſit hodiè maxime ſalarium aliquod tutoribus & Curatoribus conſtitui, idque etiam æquiſſimum ſit in caſu, ubi negotiorum valdè diffuſa moles iſtam adminiſtrationem comitatur & difficiliorem reddit, DAMHOUDER. *de tut. & cur. merc. num. 9. ſeqq.* CAVALCAN. *de tut. & cur. n. 310.* MONTAN. *de jur. tut. c. 23. n. 19. ſeqq.* & hoc quod ita ex legitima aliqua cauſa, vid. FINCKELTH. *obſ. 62. n. 25.* conſtitutum eſt in actionem tutelæ contrariam omninò veniat. MONT. *d. tr. c. 40. n. 11.* vid. quæ prolixè hanc in rem tradit Dn. ab ANDL. *in Jurisp. publ. & priv. l. 2. t. 5. n. 38. & plur. ſeqq.* attamen teneriori iſti, quæ in matre atque avia deprehenditur in liberos ſuos affectioni, atque pietati, quæ utique cauſa impulſiva hujus tutelæ maternæ extitit, vix ac ne vix quidem congruere videtur, curam iſtam atque ſolicitudinem, quam naturaliter liberis ſuis debet, *l. 1. ʃ. 3. ff. de I. & I.* venalem exhibere aut beneficium fœnerari, quod officio & amicitiæ contrarium eſſe dici-

tur *in l. 1. §. ult. ff. mand.* undequoque LL. Romanæ illud munus etiam in extraneis gratuitum esse voluerunt. *l. 38. ff. de N. G. l. 58. pr. ff. de administ. & peric. tut.* Secus tamen ubi Pater liberorum in testamento suo matri loco salarii quid assignavit, pro quo quia optima militat præsumtio, is non sine prægnante causa id ordinasse creditur, cujus dispositioni propterea non immerito standum est. *l. 33. §. fin. ff. de admin. & pericul. tutel.* Et potest sane Matri imprimis & Nobili immediatæ, sufficere, quod ipsi ex præmortui mariti bonis dotem, & quæ alias ipsi exinde debentur, heredes non tantum persolvere, sed & quamdiu in mora sunt hæc restituendi, usuras qnoque præstare teneantur. *l. 32. ff. d. usur.* MEV. *ad jus Lub. l. 1. l. 5. art. 13. n. 49. 62. & 63.* ubi consilium subministrat hoc, quod nempe vidua post discessum mariti sua ab heredibus exigat, & testato ad separationem provocet, ne aut heredes ipsi culpam objicere possint, aut ipsa probatione moræ destituatur add. NEWENHAN. *de jur. vidu. m. 2. sect. 19. lit. c. p. 111.* imò & interesse idem *d. tr. m. 2. sect. 8. lit. c. p. 93.* quemadmodum & matri Nobili,

bili, jus omninò competit, ea ſibi ſtatim à morte mariti, patris liberorum ſuorum, exigere, quæ ipſi in dotalitium, zum Witthum, ab eodem aſſignata ſunt. NIC. HENEL. *de jur. dotalit. c. 2. ʃ. 5.* NEWENH. *d. ſect. 9. lit. c. p. 111.* quæ nihilominus ipſi debentur, utut hactenus cum liberis tanquam tutrix commorata fuerit. Quia enim hoc fit liberorum recte educandorum & adminiſtrandi eorum patrimonii gratia, matri huic oneri ex innato in liberos amore, ſe ſponte ſua ſubmittenti potius ſubveniendum eſt jurium beneficiis, quam juri alias ipſi competenti aliquid detrahendum: neque verò moleſtiæ & difficultatis parum ipſa ſubit, ſuſcepta illâ adminiſtratione, quippe ad rationes deſuper reddendas, & reliqua præſtanda obſtrictam, omninò ſe reddit. *arg. l. 9. C. arbit. tut. l. 82. ff. de cond. & demonſt.* quamvis dotalitio hoc electo dotem deinceps repetere nequeat, quippe quæ illo regulariter abſorbetur. CARPZOV. *p. 2. d. 168. num. 11. & p. 2. c. 42. d. 3.* B. Dn. D. LAUTERBACH. *de donat. propter nupt. thes. 48.* HENEL. *d. tr. c. 4. ʃ. 23.* NEWENHAN. *de jur. viduar. m. 2. ſect. 8. lit. c. & ſect. 9. lit. b.*

lit. b. niſi aliud, & hoc quidem conventum ſit, ut utrumque & dos & dotalitium illi præſtari debeat, cujusmodi diſpoſitioni aut conventioni tum omninò ſtandum eſt. MEV. *p. 1. d. 173. n. 3.* NEWENHAN. *d. ſect. 9. lit. d.* quippe quæ & huic negotio legem & normam dat. vid. *l. 23. ff. de R. I.* quam & uſus ſequitur, exemplis hanc in rem pluribus exiſtentibus.

Th. XXX.

Finitur hæc tutela modis & aliis quoque tutelarum & curarum ſpeciebus *communibus*, veluti morte pupillorum, curandorum, morte tutelam gerentis, ſ. ipſius matris atque aviæ, pubertate, majorennitate, reverſione ad ſanos mores, & id genus aliis, vid. *Inſt. tit. quib. mod. tut. fin. per tot. &c.* & huic ſpeciei *propriis*, veluti *tranſitu ad novas nuptias, l. 2. C. qn. mul. tut. off. Nov. 49. c. 2. Nov. 22. c. 40.* de quo ipſo, ejusdemque ampliationibus & limitationibus vid. MONTAN. *in d. tr. de tut. c. 15. num. 74. ſeqq. plur.* WEIP. LUDOV. FABRIC. *in not. ad Mynſing. 3. O. 83. ibique. alleg.* Dn. D. MAJ. *in Comment. ad inſt. Tit. quibus mod. tut.*

fin.

fin. pag. 258. Dn. STRYK. *de jure Av. c.* 2. *n.* 174. BECHMANN. *de leg. mat. & av. tut. c.* 11. *th.* 2. *luxurioso vivendi more,* Bart. *ad auth. Sacrament. qn. Mul. tut. off.* ANG. AR'ETIN. *ad I. de Leg. Patron tut. n.* 8. MONTAN. *d. l. n.* 93. *seq.* BECHMANN. *de tut. mat. c.* 11. *§.* 3. De quibus omnibus, aliisque huc pertinentibus cum plenius differere amplius non vacet, consulantur laudati Doctores.

Animadversiones Editoris.

Prætermittere hic mihi visum est paragraphos tum eos, in quibus ab Auctore nostro alienæ & ab hoc meo instituto sejunctæ materiæ pertractantur; quæ tamen suo loco, & quidem qui totus est illarum ambitus, subsequentur: tum vero illos, in quibus nostra materia tantummodo theoretice lustrata & agitata est; quippe horum potissimum, quæ ad praxin & usum nostrum quam maxime videntur adtemperata, rationem habendam mihi esse duxi. Transeo itaque.

ad

ad Th. VII.

Nemo ignorat, quod Nobilitas inferioris Alſatiæ, ſub Regis Chriſtianiſſimi vivens Imperio, iisdem prorſus, quibus Romano G. Imperio ſubjecta gaviſa fuit, adhuc fruatur privilegiis; docente Phil. Frid. de BERCKHEIM in Diſs. *de Comitiis Nobilium; ſive* von den gemeinen Ritter-Tägen, Argent. 1708. recus. Hal. 1736. *Cap. 5. pag. 24.* & D. Anton Friederich Büschings Neue Erdbeschreibung 1769. *pag. 738. ſeqq.* & *pag. 753. ſeqq.*

ad Th. XI.

Quem Celeberrimus Frid. Guil. TAFINGER in peculiari *commentatione* de *Directoriorum Equeſtrium poteſtate judiciaria ſuperiorique Tutela.* Tubingæ, 1765. 4. *in §. II. III. & IV.* ſolidiſſime explicuit.

ad Th. XVII.

Matrem tutricem legitimam eſſe poſſe firmat in ſpecie der Freyen Reichs-Ritterschafft in Francken, Orts Gebürg, güt- und rechtliche Austrags-Ordnung *de Anno 1700. Tit. II.* „Wann derohalben ein Mitgied

glied mit Hinterlassung unmündiger Söhne und Töchter Todes verfähret, so stehet der Kinder Mutter, oder wer sonst um gebührliche Bevormundung derselben sich zu bemühen von Rechts und Freundschaffts wegen schuldig ist, frey, ob sie die Bestellung entweder immediate am Kayserl. Hof- und Cammer-Gericht, oder wenn die, so darzu zu denominiren, zu den löblichen Ritter-Ort gehören, allhier suchen, und taugliche Personen von Freunden oder Fremden darzu denominiren wolle." apud. LUNIG im Reichs-Archiv *Part. spec. Cont. III.* unter der freyen Reichs-Ritterschafft in Francken *pag. 203.* recus. Anno 1772. 4. Sic etiam in der *Proceß*- und Austrags-Ordnung der freyen Reichs-Ritterschafft in Francken Orts an der Baunach de Anno 1711. *Tit. II.* LUNIG *l. c. pag. 330.*

Multa etiam hac ipsa de re in manibus sunt præjudicia Summorum Imperii Tribunalium, quæ proxime legi possunt in meiner noch ungedruckten Sammlung Reichs-Hofräthlich- und Reichs-Cammergerichtlicher Erkänntnisse in Reichs-Ritterschaftlichen Angelegenheiten; insuper omnibus præferendum id, quod & supra laudatus Dn. TAFINGER

in

in jam dicta commentatione *de Directoriorum Equestrium potestate judiciaria superiorique Tutela §. VIII. pag. 29.* optimè allegavit, ubi ita. „ Ihro Kayserl. Majestät hätten aus dem von derselben (der Reichs-Ritterschafft) unterm 16. Sept. 1761. an gedachter von N. Vater - - von N. erlassenen Schreiben misfälligst ersehen, was vor ein Misbrauch bey diesem Canton darinnen eingeschlichen, daß das Directorium eine leibliche Mutter, als Vormünderin ihrer Kinder weder bestätige, noch sie zu Ablegung gewöhnlicher Vormundschaffts-Pflichten, und was sonsten die Policey-Ordnung von denen Vormündern verlanget, gebührend anhalte, vielmehr sich damit, daß bey ihr dergleichen nicht herkommlich, entschuldige, Ihro Kayserliche Majestät wollten hiermit diese Reichsgesezwidrige Corruptel derselben nachdrücklich verweisen, und seye Allerhöchst deroselben gemessener und ernstlicher Befehl, bey vorkommenden Fällen die Mutter als ohnedem natürliche Vormünderin ihrer Kinder, wann sie die Vormundschafft zu führen verlanget, und dißfalls kein rechtlicher Anstand obwaltet, gebührend zu bestellen, und zu verpflichten, auch selbige zu demjenigen, was die Geseze von denen Tutoren und Curatoren erfordern, nachdrücklich anzuhalten. „

ad Th. XX.

